8 inter ficus.] *Arabes eum locum variè exponunt. Aliis* سدر *eſt* herbæ ignotæ nomen: *Aliis* arboris. مخضود *autem aliis eſt ἀκάνθος, aliis* amputatus, *qui de ramis tantùm id dici aſſerunt. fingunt quod lubet, vt paradiſum ſuum amœnum faciant.*

28 perſeuerante] *Significat* virum qui cum fœmina rem non habet. *item ἄτεκνον,* orbum: & qui cum bibentibus vinum non conuerſatur.

Pag. 115 A 3 حاضر حاضير] *Mendosè proculdubio.* اخرطهر *hoc ſignificat.*

Pag. 116 B *pen. & vitium ſpectat*] *Denotat* خصلة

ſed هجرة *vocatur, & à noſtris* Hegira. *vnde* Anni Hegiræ. *vide Geog. pag.* 13.

Pag. 102 B *vlt.* inueſtigare] *Significat propriè* Diuinare: *&* materiâ dimenſâ rationem inire, *&* conſiderare an ſuffectura ſit nec ne.

Pag. 103 B 4 vas terreum] Argilla *propriè.*

Pag. 106 B 5 *Az.* 31] *Verba citata ſic verte;* Non audient ſtrepitum eius, *ſc.* ignis: *Eſt enim* حسيس ſonitus ignis ardentis.

Pag. 107 B 21 حشل] *Hoc cum deriuatis in fine cum* ر *ſcribendum eſt.*

Pag. 108 A 8 ſubſcudes] Pontes *ſignificat, à ſing.* جسر.

Pag. 109 A 23] حسق *Fortè legendũ fuit* حنق

B 14 *Az.* 79] *Significat* حسوما conſequenter, continuè, *& refertur eo loci ad* سبع ليال وثمانية ايام, *vt ſenſus ſit:* Septem noctes & octo dies continuos.

18 vtenſilia] *Malè: ſignificat* famulos, famulitium.

21 خشم *ὄζαινα*] خشم *aliud eſt, de quo mox. At* حشم *apud Auic. eſt* priuatio olfactus.

Pag. 110 B 8 *Az.* 17] *Significat* ſummum bonum, beatitudinem.

16 indoles] *q. d.* bonitas naturæ, *id eſt,* bona indoles, *non* indoles *ſimpliciter.*

29 *in Gram.*] اخشوشن *eſt formæ* افعوعل *à* خشن

Pag. 111 A 8 *cum* ش *ſcribit*] *Et quidem benè.*

14 حعير] كثير ſcribendum eſt. Non poſſunt ح & ع ſe mutuo ſequi.

16 جعفر] Hoc quatuor habet ſignificata: notat enim leporem, frigus, nomen, & flumen paruum ſeu rivulum.

Pag. 123 B 13 خافش] خفاش legendum eſt.

21 الخفاض] خفاض ſignificat humilitatem, vocem ſubmiſſam, & greſſum lentum. خفاض autem mulieris circumciſionem. Solent enim Mahometani qui Ægyptũ & Syriã incolunt etiã mulieres circumcidere.

Pag. 124 A 26 Lex. Gran. جفن] Et quidẽ benè: per ج enim ſcribendũ eſt, non per ح. plur. habet اجفان & جفون.

B 3 tres vices] حفن volam ſignificat manum curuatam: at حفنة eſt tantum quantum manu capi poteſt, nos een handtvol dicimus; itaque ثلاث حفنات ſignificat tres manus plenas, vt ſic dicam; non tres vices.

Pag. 125 B 7 حقف] Verbum non agnoſco; ſed nomen حقف eſt collis arenoſus, duyn noſtratibus.

12 forma حوقل] id eſt, فوعل: at huiuſmodi coniugationis forma non datur; ſed فوعل quæ paſſiua eſt à فاعل: verùm nec in eâ حقل reperitur, ſed in prima coniugat. فعل eſt prodigalitatem prohibere. congregari: & venire. In افتعل eſt tardare, morari.

خصلة, vt Arabes tradunt, bonam indolem & naturam. item bonum opus, quòd id à bona indole proficiſcatur. In malum itaque non puto vſurpari. Plur. eſt خصال, vt hic dicitur.

Pag. 117 B 5 κατ' ἰδίαν Scal.] Malè legit procul dubio, fortè pro باخصاص

Pag. 118 A 4 محصن] Habet editio Romana مخضن, ſed malè: محضن eſt ſcribendum ex ſequenti radice; ita inuenio in emendatiſſimo exemplari M S. quod habeo, & in Arabum dictionariis.

15 per ظ] pro ض ſcilicet: nec id mirum, cùm nulla litera crebriùs his inter ſe permutentur.

Pag. 119 A 2 Az. 1.] Eſt ibi قولوا حطة يغفر لكم خطايكم id eſt, Dicite حطة, remittet vobis peccata veſtra.

11 benefactor] Ad verbum, Autor portionis magnæ. portionẽ propriè ſignificat حظا.

B 3 gratiam] Fortè legendum eſt حظا de quo paulò antè.

Pag. 120 B 24 pro خطيرة] De eo non eſt dubium.

Pag. 121 A 1 Marc. 4] Ibi id non inuenio: nec alibi id ita ſcriptum puto inueniri.

5 ſignificare] Idq́, certum eſt; inſpice locum.

B 17 ساخطا Pſal. 16.] Nec hoc hic, aut alibi inuenio.

Pag. 122 A 22 datum eſt] Auderem iurare malè legiſſe Scal. pro اعطيتم

B 13 pro حفرة] Imò ſic legendum abſque vllo dubio.

ſiccari, ſiccum eſſe.

14 *ſed*] *Omiſſum eſt hic*, aliud ſignificat, *aut ſimile quid. Certè in illo* خاملون *obtinet* ſiccandi *ſignificatio, etſi & prior locum habere poteſt, vt metaphoricè* extingui *ſit* mori.

15 جمر] *Hoc plurale eſt, vt & ſequens, à ſingul.* جمرة pruna, *non* carbo.

B 3 & جبر] *Hoc ſingulare eſt, vt* حمار: *vtriuſque plurale eſt* حمر.

14 πίσσα] πίσσαι *ſcribendum: eſt enim plur. à ſing.* خمار πίσσα.

19 Rhinoceros] *Significat bouis quandam ſpeciem, quam* صو صغري *id eſt*, bouem aquaticum *Turcæ appellant.*

PAG. 136 A 1 *Lex Gr.* tabêre] *Error eſt, typographicus fortaſſis*; ſcabere *ſcribendum eſt: id enim ea vox ſignificat.*

15 premi] *Si verbum in vſu eſt denotat* famere: *nam* خمص & خمصة *ſunt idem quod* جوع fames. *vt &* مخمصة *quod hic ex Az. 12 citatur.*

B 21 حيق] *Hoc delendum: non enim eſt Arabicum.*

25 hebes] ſtultus, *propriè.*

PAG. 139 A 10 *plur.*] *Hæc nimis confuſa ſunt. ſic habe: tria ſunt ſingularia* جنبة, جنب, & جانب latus, *quibus reſpondēt tria plur.* جوانب, & جنبات, جنوب. جنبان *autem duale eſt à* جنب

26 *cum* ج] *Non cum* ح *ſcribitur in Auicēna.*

B 6 Hermaphroditus] خنثى *ſignificat* Her-

morari. حوقل *autem eſt verbum radicale quadriliterum, ſignificans*, valde debilem eſſe præ ſenio.

PAG. 126 A 5 *Plural. vel Duale*] *Plurale eſt* احقوة & احقا, *Duale verò* حقوان *vel* حقوين.

PAG. 127 B 22 *Plur.* حلايل] *Hoc ſingulare eſt, & præcedentis maſculinum, ſignificans* maritum: *vtriuſque plur. eſt* حلائل

PAG. 128 A 2 mentula] *Propriè ſignificat* foramen penis, meatum vrinarium: *plur. habet* احاليل, *quod & de* papillarum foraminibus *dicitur.*

B 20 mulſus] Lac mulſum, *dic.*

PAG. 129 B 13 armilla] Periſcelides *tantùm ſignificat, non* armillas.

14 خلجن] *Hoc non eſt Arabicum: ſcribendum eſt* خليج, *id eſt* ſinus maris aut fluuii: *habet in plurali* خلجان. *At* خلجن *ſi quid eſſet, formaret plural.* خلاجن.

PAG. 132 B 24 حلبقوم] *Malè: habet* حلاقيم gulæ, *nam* gulam *propriè ſignificat ſingul.* حلقوم

PAG. 133 A 25 transfiguratus eſt] *Dic* clarificatus eſt *potiùs; ne recedatur à genuina ſignificatione.*

26 fuga] Captiuitas *dicendum eſt.*

PAG. 134 A 9 *niſi ſit* الجام] *Sic puto.*

PAG. 135 A 13 Extinguere] *Eſt intranſitiuum* extingui, & de interitu flammæ, prunis manentibus ſolùm dicitur. Eſt &

زوج binos coniungi, & matrimonium inire.

21. canalis] ſtagnium, *propriè.*

Pag. 145 A 11 خول] *Significat* famulum primarium; & famulitium, ſeruitium: *ſed loco citato fortè à* حبل *eſt,* & cógitationem *vel* propoſitum *notat.*

Pag. 146 A 6 ora] Veſtis *ſcilicet: & hoc propriè eſt, non vero* ſinus *aut* gremium.

B 6 خبار] *Hoc plurale eſt, a ſing* خبارة

15 خباض] *Id* immerſionem in aquam *notat, non* ſaltum.

Pag. 147 B 8 مخايلين] خايل *eſt* iocari. *itaque hac verte,* iocantes in nuptiis.

Pag. 148 A 3 *idem quod] Sed* ذو *eſt nominatiuus,* ذا *accuſ. &* ذي *ablat. qua de re in Grammat. Huius fœmin. eſt* ذات *quod praceßit.*

B 7 *à ſing.* دبر] *Hoc ſingulare non agnoſco, vt nec pluralia* دوار & دابر: دور *at &* ادور *dicitur in plur. & frequentiùs* ديار, *qua vox etiam ſignificat* Perſonam aliquem, *ſed in oratione negatiua tantùm vſurpatur: vt,* مافي الدار ديار Nemo eſt domi. *Gallicè* Il n'y a perſonne à la maiſon.

Pag 149 B 3 Canalis] *Significat* mulierem pinguem, *nec aliud quod ſciam.*

9 *repertus] Et quidem benè, nec propterea deſinit eſſe à* دلي.

Pag. 150 A 5 دين *Gloß. habet.] Optimè:* د *enim phatha poßidet cum* debitum *ſignificat, aliàs keſre. Plur. autem à* دين *eſt* ادبان, *vt hic*

Hermaphroditum, *non* خنثى, *habetq; in plur.* خناثا

Pag. 140 A 9 ſaginare] *Significat* aſſare carnem, *non* ſaginare.

20 ſilex] Lapidem molarem *denotat,* & terram ſaxoſam.

21 *Scal.] Malè legit credo, pro* خندق

B 13 الوسواس الخناس] *Id eſt,* ſuſurrus diabolicus: *à* خنوس diabolus. *ita dictus à* خنس *quod ſignificat* diſcedere; & reuerti *quia, vt aiunt Arabes, homine res diuinas cogitante diabolus recedit; at eo torpente reuertitur, malumq. omne inſtinguit & quaſi in aurē inſuſurrat.*

14 porcellus] *Meliùs* خنوص *dicitur cum* ص, *& in pl.* خنانيص

Pag. 141 A 9 indignari] *Et* vindicare & inſidiari. *Vide Marc. 6, 19.*

B 5 accuſationem] جناية peccatū, maleficium *propriè ſignificat.*

Pag. 142 A 22 جهارك] *Non puto* خ *&* ج *ſe mutuo ſequi poſſe; vnde hac ſcriptura mihi ſuſpecta eſt.*

Pag. 143 A 1 & حبنات] *Hoc non probo.*

Pag. 143 B 24 albis oculis] حور *eſt* excellentia albedinis & nigredinis in oculo.

Pag. 144 A 3 & جوزة] *Hoc ſingulare eſt,* & جوز *plurale, vel collectiuum potius.*

9 *lege] Et quidem benè: ſic* جوزة *eſt* vxor: *vtrumque à* جوز binos conſociare, &

Item, operire & inuoluere veſtibus, *ceu mox dicetur.*

16 [مدثر] *Scribendum eſt* مدّثّر *cum gemino teſdid, quia ponitur pro* متدثر; *eſt enim participium à* تدثر, *notátque generaliter* veſtibus inuolutum.

24 gallus] *Errat.* دجاج *eſt plur. à ſequẽti* دجاجة *quod etiam habet* دجاجات *hinc verbum* دجدج glocidare. ديك *autem eſt* gallus, *quod habes ſuo loco.*

vlt. [دحب] *Videtur malè legiſſe Auctor, pro* دجي

PAG 152 A 21 condẽnare] Falsò accuſare, *propriè, item* remouere, & priuare; *nec non* inniti: *ſed tum meliùs cum* خ *ſcribitur,* دخض

B 1 [اندخاع] *Hoc habet formam infinitiui; præteritum foret* اندخع, *quod numquã legi, nec audeo accipere: quia ſcio* خ & ع *mutuo ſe ſequi non poſſe: vide itaque an non malè legerit, pro* اندفاع. *Sic certè puto.*

21 *Nomoc.* [خ] *Optimè:* دخن *enim ſcribendum eſt, quod etiam eſt* furfur.

26 mergere] *Propriè* ſternere, proſternere, *idem quod* بسط

PAG. 153 A 14 formica] درة *vt hic ſcribitur eſt* margarita, *vt* ذرة *cum* ذ miliũ: *Sed* ذرة *cum* ذ *& phatha ſignificat* atomum *ſecun-* *hic dicitur: ſed* دين *habet* ديون, *non* ديوان, *vt ſcribitur in Gloſſario.*

14 Vrſus] دب *cum* د *eſt* vrſus: *at* ذب membrum virile, *habetque plur.* اذباب

vlt. [חרוץ] *Id multas habet ſignificationes; ad quam reſpiciat ignoro, hoc ſcio,* ذبب *vnde* مذبوب *eſt particip. paſſiuũ, ſignificare* defendere, *vt Gloſſ. ait, i.* prohibere, arcere; *item* trudere, propellere: *&* cuſpidare; *nec non* dedecorare, vituperare, *vide* ذب *de quo ſuprà.*

B 11 دبح marceſcere] *Hoc ſuſpectũ mihi eſt: fortè ſcribendum* ذبح *hoc enim ſignificat* ſiccũ, *item* Caballum.

12 ſynanche] *Meo periculo ſcribe* دبج *&* دبجة.

13 colouium] *Vocabulum eſt à Perſis mutuò ſumptum, apud quos ſignificat propriè* genus illud panni ſerici quod pleraque linguæ barbaræ Satin vocant: *at Arabes id inſuper vſurpant pro* veſte quauis ſerica. *In plurali dicitur* ديابيج

PAG. 151 A 11 tergum] *Id* دبر *dicitur:* دبير *autem non puto inueniri.*

26 obſcuritas] *Non credo: ſignificat idem quod* דבש, *id eſt* mel: *ſed apud Medicos abſolutè poſitum eſt* mel dactylorum.

PAG. 151 B 13 Periit, obſoleuit.] *Legendum proculdubio eſt* دثر *per* ث *quod ſignificat* vetuſtũ eſſe, *&* vetuſtate tritũ, contritũ *de veſtibus ſolũ videtur dici, hinc* دثار veſtis contrita.

obedire. *Sed* درنخة & درباخ *cum* خ, *eſt* punctus, litera.

PAG. 154. A 5 eiicere] *Non ſic, ſed* euellere ſeu extrahere dentes, edentare *Plauto. hinc* أدرد edentulus, *cuius fœmininũ eſt.* درداء

دردم *cum* م *ſeruili eſt* camelus fœmina cuius dentes rupti ſunt, aut rumpuntur præ ſenio.

23 dens] *Ægrè id credo.* درس *eſt* lineamen, *item* menſtrua mulierũ: درس *autem idem eſt quod* دثار veſtis vetus & contrita: *vtrumque in plur.* أدراس *habet.*

B 3 *pro* תחשים] *Eſt propriè* pellis nigredine tincta, *vt tradunt Lexicographi.*

5 دار صيني] *Scribendũ eſt* دار صيني *ac ſi* domum Chinenſem *dicas:* صين *enim Arabibus eſt* Chinæ regnum.

6 dolor, *fortè* pectus.] *Neutrum eſt; ſed* Lorica, *&* mulier grauida.

23 clypeus] *Sed* ex corio bouillo *tantùm.*

PAG. 155 A 18. استدرك الراي] Conſultare.

21 ſtercus galli] *Si ita eſt,* درك *conuenit omnino cum Belgico* dreck., *ſed alias* ocream *notat.*

26 callaſticus] *Eſt* fœdus, immundus.

B 1 درهمان] *Hoc eſt duale præcedentis,* duæ drachmæ. دراهم *autem quod ſequitur eſt plurale. dicitur etiam in ſing.* درهام *quod in plur.* دراهيم *habet.*

5 *cum* ذ] *Et quidem benè; eſtque ita etiam legen-*

γ

ſecundum Arabes, & exigua cuiuſdam formicæ quæ ذر *vocatur, particulam: alii tamen malunt tam* ذر *quàm* ذرة *paruam formicam denotare. Occurrit aliquoties in Alcor. vt Az. 99. & alibi, vbi qualibet harum ſignificationum locum habere poteſt: prima tamen, ſi modò ficta non eſt, (vt ſolent Arabes vocibus obſcuris in Alcor. obuiis, quò commodos ex iis eliciant ſenſus, quaſlibet notiones affingere,) præferenda videtur: ſic ait impoſtor.* فمن يعمل مثقال ذرة خيرا يره ومن يعمل مثقال ذرة شرا يره

Qui facit pondus atomi, boni, videbit illud; & qui facit pondus atomi, mali, videbit illud.

16 filii] *Et* poſteri, generationes. *ſingul. eſt* ذرية *à* ذري producere, creare.

17 Interpr. legum.] *Neſcio quid velit: de* ذرة *&* درة *paulò ante actum eſt:* درة *autem eſt* canities.

18 pulueriſare.] *De ſale tantùm dicitur; & eſt* liqueſcere.

21 labyrinthus] *Eſt propriè* via inter duos montes: *item* porta. *In plur. habet* دروب.

B 1 poſteri] *Ii* ذرية*, vt iam monui, vocantur.* دربة *autẽ aliud eſt, ſcilicet,* cõſuetudo: experientia: conatus: *&* incitatio ad bellũ; *vnde verbum* درب *eſt* conari, ad bellum incitare; *&* exercere, *vt hic habes.*

10 دربخ ſubiicere ſe] دربح *ſcribendum cum* ح, *quod eſt propriè* inclinare caput honoris exhibendi gratiâ קָדַד*: item,*

re; & irritare ouem aut capram.

16 titillare] *Hoc propriè eſt.*

17 iocari] *Non eſt ita: ſignificat* timere, *& idem eſt quod* رعب. *Formauit autem hoc verbum auctor ex ſequenti participio* مداعب *:ſed falſus eſt ſimilitudine* ل *&* د *: haud dubiè enim ſcriptum reperit* ملاعب *id eſt,* colludens, *quod eſt participium actiuum coniugat.* فاعل *à verbo* لعب ludere, *quod vide ſuo loco.* داعب *autem quod ſubiungit non parùm quoque mihi ſuſpectum eſt.*

20 ذعر] *Eſt quidem* ذعر timor, *at verbaliter non puto inueniri: ſed* ذغر *cum* غ *eſt* terrefacere, metum & timorem incutere: *ſicq; loco citato legendum arbitror.*

PAG 157 A 6 σωλχιν] *Quod inter alia eſt* comprimere, conſtringere, *& id Arabicum hoc ferè ſignificat: eſt enim* tractare, *ſeu* contrectare manibus, & tractando quodammodo corrumpere.

12 استدعم] Fulciri, *vel potiùs* fulcro indigere.

18 *Literæ* ل] *imò cuiuſvis literæ quæ alteri per teſdid inſeritur.*

15 الدعايهم] *Hoc eſt plurale præcedentis, vt &* دعاوي.

22 *ſit* دعوة] *Hoc eſt propriè* contentio genealogica, *ſeu* de origine & nobilitate lis, *& iuxta quoſdam etiam,* accuſatio falſa: *ſed* دعوة *eſt* vocatio ad conuiuium, aut ad certamen, *id eſt* prouocatio. دعوة *eſt* inuitatio ad cibum aut potum

PAG. 158 A 7 δυσωδία] *Propriè eſt* axillarũ fœtor, *etſi generaliter interdum* fœtorem *ſignificet.*

23 tra-

legendum quod præceſſit ذروة.

11 non eſt notum tibi] *Dic* Non fecit notum tibi; *aut,* quid fecit notum tibi, *eſt enim fut. in* افعل

PAG. 156 A 12 leguminis genus] *eſt* miliũ *propriè: ſed ſcribendũ eſt* ذرة *abſq.* ا, *& cũ teſdid.*

13 الذرا] *Id nec intelligo, nec puto inueniri: quia* ز *&* ذ *ſe inuicem ſequi nolunt. erratum itaque eſt in lectione.* شاهقة *quære ſuo loco in* شهق

14 occultare] *Hoc propriè eſt: dicitur & eadem ſignificatione* دسي.

16 ſimilago.] *Generaliter eſt* farina molita, *à* دشن mola manuaria, *& verbum* molere.

24 bilanx] *Eſt generaliter* norma, regula; *item* radix, principium, origo, *&* ſummus Conſul *aut* Conſiliarius. *Benè autem hic ſcribitur per* د, *nec dubito quin & præcedens ita ſit ſcribendum.*

25 lignei claui] *Eſt plur. à* دسار *id eſt,* tabula nautica, *& vt quidam etiam tradunt* clauus ferreus, (*non* ligneus) *quem tamen nonnulli* دسير *malunt appellare, quod iuxta alios generale* claui *nomen eſt.*

26 دسع] *Significat* portare, donare, tradere.

27 دساكر] *à ſing.* دسكرة *quod idem eſt cum* دشمرة *id eſt,* pagus aut caſtellum in vertice montis. *Vtrunque à Perſis mutuò ſumptum eſſe aiunt Lexicographi In Dictionariis tamen Perſicis reperio ſignificare* ipſum montis verticem, iugum.

B 8 conſumere] *Eſt propriè* fortiter pungere: *item* comburere; & ſinere, deſinere.

10 diſsipo] Vibrare *propriè: item* admone-

21 ذَلَجَ] *Scribe* أَدْلَجَ *in* أَفْعَلَ *: in prima enim coniugatione hoc verbum non eſt vſitatum; vt nec apud Hebr.* שכם.

23 intempeſtas] manicatio, *propriè.*

24 ranceſcere] *De hoc dubito: ſed* ذَلَخٌ *eſt* dactylus arbor *&* ذَلُوخٌ pinguedo.

B 6 ذُلَعٌ] *Hoc plurale eſt; à ſing.* ذَلْعَةٌ.

8 idem quod מרק] *De ea notione mihi non conſtat: ſignificat paßim* euaginare, *& interdum* venire. *Quod autem ſubiungitur* ذَلْغَةٌ *id aliunde eſt; ſcribitur enim per* ذ *, vertendumque* eloquentiæ, *à* ذَلَقَ expeditè, diſtinctè, & diſertè loqui; *hinc* ذَلْقٌ ذَلِقٌ ذَلَقٌ ذُلُقٌ ذَلَاقَةٌ ذَلُوقٌ ذُلْقٌ *&* ذَلِيقٌ eloquens, expeditè, diſtinctè & diſertè loquens. *Vocantur autem literæ* ر ل ن *(vt opinor)* literæ eloquentiæ, *quod eloquentes, ſeu diſtinctè & expeditè loquentes benè eas pronuncient, non item blæſi & titubantes.*

14 ad ortum ſolis] *Contrarium verum eſt: ſignificat* ad occaſum ſolis, *à verbo* دَلَكَ *quod de ſole dictum eſt* occidere, *aliàs verò*, ſole occidente eſſe aut facere, *vt* أَدْلَجَ ſole oriente: *vnde ſicut hoc interdum ſpecialiter eſt* manè exire, *ſic illud* veſperi redire.

PAG. 162 A 1 Az. 22] Surſum traxit aquarium ſuum. *Eſt ibi* أَدْلَى *in* أَفْعَلَ

12 مَهْوِيٌّ] *Hoc non accipio: fortè legendũ eſt* مَهْوِيٌّ

15 tri- y 2

23 tradere] *Et tum conſtruitur cum* إِلَى *perſona.*

PAG. 159 A 8 expiare] *Scribendum eſt* ذَكَّى *& mox* ذَكَوَةٌ *per* ذ *, à ſequenti radice, quæ ſignificat,* 1° Mundare, purificare, quo pertinet expiandi notio. 2° ardere. 3° olere *vt* ذَكَا الْمِسْكُ Muſcus olet. *hinc* ذَكِيٌّ olens, bene olens, نُورٌ ذَكِيٌّ flos bene olens (*non* nitidus *aut* ſubtilis, *vt paulò poſt vertitur*) *huius comparatiuus eſt* أَذْكَى. 4° acutum eſſe, *quo pertinet* ingenioſum, ſubtilem, & ſolertem eſſe.

B 8 vendibilis] *Minùs benè: ſignificat propriè* auctionatorem, vendentem per auctionem.

13 tenebræ] *Difficulter id credo. ſignificat* monſtrationem viæ. *Sed* ظِلَالٌ *cum* ظ *eſt* vmbra, *vt dicetur ſuo loco.*

24 ſe demittere] *Dic* me demitto, *eſt enim futurum à præt.* تَدَلَّى *: nam coniugatio* اِتْدَلَّ *ſeu* اِتْفَعَلَ *non datur.*

PAG. 161 A 11 iugo preſſa] *Significat ibi* ذَلُولٌ *ſecundum interpretes*, iumentũ quod laborare didicit.

15 deliciando] *Secundum Arabes ſignificatio* humiliandi *eſt retinenda.* Edite de omnibus fructibus, & ambulate in via domini veſtri humiliter. *Apes alloquitur inſanus Mohammed.*

16 ذُلُبٌ] *Hoc plurale eſt, habetque in ſing.* ذُلْبَةٌ

20 numerus] *Eſt* rota *propriè. Turcis autem eſt promptuarium, & fortè etiam Arabibus, vt hinc poſtea metaphoricè ſignificet*, indicem *ſeu* tabulam eiuſmodi quales libris noſtris vulgò adiiciuntur.

8 congeſtum fructu] *Non intelligo, vt nec Arabicum: ſed* دمق *ſcio etiam eſſe* abſque venia domum ingredi; *&* dentes frangere.

10 בר] *Eſt* دمقس *propriè* ſericum album.

18 دمامل] *Hoc eſt plur. habetq́; ſingulare* دمل *: vt ſequentis* دماميل *ſingulare eſt* دمال . دمالة *autē eſt* beſtiæ ſtercus, *à* دمل *quod quoque ſignificat* aluum in terram exonerare.

23 دمالج] *Hoc eſt plurale præcedentis potiùs quàm quod ſequitur* דמלגון *, id eſt* دملجون

B 5 *quod* ذم] *Vide quæ notaui ad* دمة

9 [illegible]] *id dicitur* دنبي *, non* ذتن. *Sic ſequens* دنونا *non agnoſco.*

8 cauda] *tum* ن *habet phatha,* ذَنَب *aliàs geſme.*

PAG. 164 A 14. *pro* דנחף] *propriè tamen eſt,* morbo vehementer emacrari, valdè maceſcere, *vt* تدنيف *lχnαsis, &* المريض المدنف morbus valdè emacerans.

B 1 iſti, à] *Sunt dualia maſculina, illud in ſtatu* raphe, *id eſt nominatiuo, hoc in ſtatu* natſab *&* ger, *id eſt, reliquis caſibus, à ſing.* ذاك *quod idem eſt cum* ذلك *Dicitur autem* ذانّك *&* ذانك *cum & ſine teſdid.*

14 *ſit à* دون] *Non eſt ita, radix eius eſt* دنا *vel* دنو *quæ ſignificat etiam* vilem *&* con-

15 tributum] *ſcribendum* ذمة *per* ذ. *Dicitur &* ذمي *eadem ſignificatione.*

23 دمة *etiam. In Alc.* ذمة] *Pro his ſic puto ſcribendum.* ذمة *etiam eſt* conſcientia, *& in Alc.* fœdus, pactum: *vt, Az. 19: habetque in plur.* ذمم

25 concutere] *Benè: notat enim quatuor hæc radix,* perdere, concutere, vindicare, *&* iracundè loqui. *Nomen autem* دمدم *eſt* locus eleuatus.

B 18 *pro* tibicinibus] *Scribitur per* ز, *& fortè etiam per* ذ: *frequenter enim hæ literæ confunduntur. Singulare eſt* زامر *vel* ذامر *vide* زمر.

19 caligare] *addendum eſt* valdè *aut* vehementer. دمس الليل *id eſt,* denſiſsimæ ſunt tenebræ noctis.

21 دماطبون] *legendum* دمياطون *ſiquidem ſingulare benè ſcribitur.*

22 دماع] *Hoc cū ſuo plurali &* دماعية *omnino ſcribenda ſunt per* غ, *nequaquam per* ع, *niſi longè aliud velis ſignificari:* دماغ *enim eſt* vir animoſus دماع *autem* vitis lacryma *ſeu* ex vite putata ſtillans aqua: *in dictionario tamen Arabico* سامي *appellato dicitur eſſe* ipſa vitis lacrymans.

vlt. lacryma] lacrymæ, *dic: eſt enim plurale à* دمع.

PAG. 163 A 2 confundere] Perdere *potiùs, & ſic loco citato ſumitur.*

enim loco citato مُدْهَامَّتَان, *quod eſt duale fœmininum à ſingulari maſc.* مُدْهَام ἀείχλωϛ, *vel* δίχλωρ.

Pag. 166 A 6 contradicunt] *Benè vt arbitror: ſic Az. 46* مُدْهِنُون contradicentes: *omnia ab* ادهن *in* افعل.

12 *vel* legere] *Neutrum credo.* ادهي *autem quod ſequitur eſt cõparat. à* دهي miſer, infortunatus; *vt dicat textus:* Hora (*ſeu* dies iudicii) miſerrima & amariſsima.

B 8 ire] راح *quod in fut. habet* يروح *eſt* ire, abire: *itaque malè lectum puto* د *pro* ر. دواحة في *autem, vt arbitror, ſignificat* poſt orationem eius meridianam: *nam* دواح *eſt* tempus inſequens preces illas quas Mohamedani ex præſcripto سنة ſuæ circa meridiem fundunt. ادوخ *autem cum* خ, *vt hic ſcribitur, eſt fut. à* دوخ debellare, expugnare, vincere.

12 دود] *Hoc plurale eſt, vt* ديدان *vtrumque à ſing.* دودة.

21 ouile] *Inuenio ita vocari* camelum ab anno ætatis ſuæ tertio ad annum vſque decimum. *Verbum autem quod hîc citatur ex Az. 38. videtur ſignificare* paſcere: Inuenit duas mulieres paſcentes.

Pag. 167 B 11 mederi] Ægrotare *ſignificat, non* mederi: *hinc* دوي æger *&* داء morbus, *&c.* دواء *tamen eſt* medicina, *habetq;*

contemptum eſſe: *hinc* دني vilis, & humilis, *quòd quæ humilia ſunt vilia plerumque ſint, habetq; in comparatiuo* ادني.

19 دناءة] *Hoc eſt à iam memorato* دنا *& notat* vilitatem. *itaque locum hunc verte,* Elegit vilitatem mundi.

25 ذناءة] دناءة *ſcribendum eſt, per* د, *vt præcedens* دني *ceu paulò ante viſum eſt: itaque radix hæc nulla eſt. Dicitur etiam* دنوة vilitas.

Pag. 165 A 20 κόνις, arena] *Illud præſtat: eſt enim* puluis, ſeu arena illa mollis quæ eſt in ſuperficie terræ, quam Hebræi עפר vocant.

22 trepidare] *Eſt propriè* obſtupeſcere.

B 9 Az. 88.] *vbi ſecundum Arabes* دهاق *eſt* plenus, *aut* vino plenus: *nonnulli tamen aiunt* vitreum *ſignificare, alii* delicatum; *ſed prima ſignificatio præſtat:* Habebunt timẽtes (Deum) cyathum vino plenum. *Deliciæ paradiſi Mohamedici.*

13 *vel* odor] ذهي *eſt* malus odor, fœtor: *at* ذهوكة *non agnoſco: credo erratum eſſe in lectione.*

14 ذهل] *Hoc cum deriuatis ſuis per* ذ *ſcribendum eſt, & in prima coniugatione eſt* negligentem eſſe, non attendere ad, *idem quod* غفل. *hinc* ذاهل negligens ذهول negligentia. *ſed in* افعل *eſt* turbare, conturbare. دهول *autem verbum quadriliterum eſt, notátque* bolos, ſeu bucceas magnas facere.

24 ذهام] *Scribendum* دهام *per* د; *eſt*

exarato) nam لتراسه *ſignificat* ſcutigero ſuo, *à* تراس ſcutiger: *atque ideo loci eſt alienum.*

Pag. 170 A 19 Az. 40] *Omnia exemplaria habent* الروم, *id eſt* Romani *ſeu* Chriſtiani,

23 ſigillauit Az. 94] *Sic quidem Interpres, ſed ineptè. verbum eſt imperſonale, notatq;* dictamen conſcientiæ, *& conſtruitur cum* علي قلب *id eſt,* ſuper cor: *vt* ران علي قلبي dictat mihi conſcientia, ران علي قلوبكم dictat vobis conſcientia: *& ſic cætera: vnde locum indicatum verte,* dictat iis conſcientia quid mereantur.

B 18 *item* priuignus] *Imò hoc ſolùm ſignificat, vt* ربيبة priuignam. Vitricus *autem* راب *dicitur, &* nouerca رابة.

21 tibia] *Eſt propriè* Lyra.

Pag. 171 A 13 *pro* [ערי הפרזי] *Aliàs eſt* murus: *ſcribitur & cum* ص *interdum.*

17 quatuor] *Fæm. eſt à maſc.* اربعة.

19 *pro* ربض] *id eſt,* cubare: *& pro* رفع *permutatione literarum* بومف

21 herba vernans] *Ea* ربيع *vocatur, ſed* رباع *notat* quaternos.

22 *pro* דולקה] *Optimè: ſignificat enim* febrem quartanam.

B 21 cardo] *Malè: ſignif.* portam ſeu ianuam magnam in cuius medio eſt parua, quales ſunt ianuæ templorũ & aularum. *Plur. eſt* رتادج, *non* رتايج *talis enim forma pluralis non datur.*

22 رتع

habetq; in plur. ادوات, *non* ادوية, *quod eſt plur. ab* ادات inſtrumentũ. دوابية *autem potiùs eſt* medicinalis, *quàm* medicatio.

Pag. 168 A 6 *cum* الذي [ال *compoſitum eſſe ex* ال *&* لذي *indicat teſdid. Itaque hæc hìc aliena ſunt.*

12 دايب] *Scribitur per* رايب *per* ر *non per* د, *& eſt* lac acetoſum. *Medicorum interpretes vocabulum Arabicum interdum retinuerunt dicentes* raib: *vnde quod hìc habes* Raib acetoſum, *lege,* Raib, *id eſt,* lac acetoſum. *Dicitur eâdem ſignificatione etiam* روب.

B 12 *à* دولة] *Hoc eſſe nequit. eſt plur. à* ديل

Pag. 169 A 16 *cum* ح] *De eo non eſt dubitandum; cum* ج *nuſquam id inuenim.*

23 *in Alc.*] *Tria ſignificat hoc verbum,* petere, trahere, *&* venire: *prima ſignif. obtinet in Alcor. Az. 22, vbi tantùm inuenitur, & quidem quater, idq; in hac phraſi,* راودتني عن نفسي petiit me à meipſo, *id eſt,* petiit à me vt ſecum rem haberem.

B 4 *Interp. Alc.*] *Benè: à ſing.* راسي, *quod propriè* rem firmam *ſignificat, deinde* montem, *à firmitate. radix eſt* رسي.

12 *ab Aphel*] *Id fieri nequit: nam hoc in fut. actiuo* يريس *habet, & paſſiuo* يراس: *vnde dicendum eſſet,* ليراس vt princeps conſtituatur: *& ſic legendum puto Tim. 5. (vnde Auctor hoc habet, vt patet in archetypo huius libri manu eius*

20. *Az.* 94 رحيق] *Eſt* vinum purum, *& iuxta quoſdam* potus quiuis purus nec cum aqua mixtus. *Locum citatum vertit & explicat in notis ad lin. 18. pag. 77. B.*

vlt. رجالن *& interdum* رجلين] *Erras, hæc dualia ſunt, non pluralia: ſed dicitur etiam in plur.* ارجل.

PAG. 173 A 5 ſubiicere] *Eſt infinit. à præter.* ارجل.

7 PAG. 10] *Significat hoc verbum* ex tempore dicere, non præmeditatum loqui.

16 paſſuum] مرحلة *ſcribendum, & in plur.* مراحل, *vt paſſim patet in Geogr.*

23 abominari] *Noli dubitare quin* رذل *legendum ſit:* رخل *eſt* agnus fœmina.

26 *quibuſdam*] *Peſſimè. ſumitur eo loci vt & Az. 25 & 26 pro* maligno & prauam indolem habente: *aliàs ſignificat* lapidibus obrutum, lapidatum: *nam* رجم *idem eſt quod* רגם *id eſt* lapidare, *non,* principatum obtinere.

B 8 latomus] *malè: ſignificat* marmor; رخامة *autem aliud eſt,* ſuauis ſc. & ſubtilis vox. *& verbum* رخم *non eſt* lapides cædere *ſed* ſuaui & exili voce præditum eſſe.

12 *idem quod* ارجوان] *Non eſt ita. ſignificat* coralium, *&* exiguam margaritam.

PAG. 174 A 26 abominari.] *In Aphal. ſed in phaal eſt* vile & abominabile eſſe. *ſcribendum autem eſt cum* ذ.

B 20 vileſcere] *Malè lectum puto* ز *pro* ذ

PAG. 175 A 5 *quibuſdam*] *eſt* accidere, euenire; *ſed de malo tantùm dicitur.*

12 facere deſcendere] hypoſtaſis *potius, vt ſequens.*

19 villa] *eſt propriè* pagus magnus, *ſed ſcribendum*

22 رتع] *Eſt* ſollicitudo: *item* ſpes. *Verbum autem eſt* paſcere, *item* peruenire.

23 رتق] رتب *eſt* funis ad collum animalis quo ligatur, *à* رتق ligare. *at Az.* 31 *eſt* رتق, *quod ſignificat* nympham, *id eſt*, carunculam in orificio vteri vtrimque prominentem: *vt obſcœnus Propheta Deum ſic loquentem inducat.* An non vident increduli quod cœli fuerunt nympha, & quod rupimus (*aut* ſeparauimus) eos, fecimuſque ex aqua omnem rem viuentem? *Hinc* رتقاء, fœmina nympham habens, incircumciſa: *nympham enim excindunt quidam Mahomedani. Vide quæ notaui ad* خفض.

PAG. 172 A 12 in cunis] *Ea appellatur, vt* cunæ مرجيجة *à* رجج *quod eſt* pondere in hanc aut illam partem inſtar bilancis moueri, præponderare, *& in Aphel eſt tranſitiuum, notatq; etiam* pluris facere, præferre. ارجيح *eſt* exercitium illud quod paulò poſt Auctor ab Auic. ارجيح vocari dicit: *id enim per* ح *ſcribitur.*

22 pulcer] *Eſt* Superbus, *&* nomen menſis. *&* fluuius quidam Paradiſi. *verbum* ſuperbire.

25 ارحاب] *eſt plur. præcedentis: & adiect.* latus.

27 & pauore] *Hoc abundare puto, nam* indignari *ſolùm ſignificat.*

28 vindicta] Afflictio *potiùs, aut* tormentum: *& ſic loco citato accipitur.* Nos vtique tormentum de cælo demittemus ſuper populum huius pagi.

B 19 Commouere] *In phaal eſt intranſitiuum,* trepidare, timere.

autem و *quoque eſt mobile, hoc modo* رِضْوَان.

26 humidum] gramen & herba viridis *generaliter. plur.* رطاب.

28 immaturi] humidi *potius* & recentes, qui ſiccati non ſunt.

B 5 & concuſſio] *Sic radix* رعرع *eſt* concutere & adoleſcere; *item* impetuoſè fluere.

23 *vel* رعون] *Hoc eſt, non prius: nam plur. formæ* فاعل *non datur.*

vlt. eſſe] *tum de opibus dicitur: at de homine dictum, eſt* lautè & voluptuoſè viuere.

PAG. 178 A 18 رغيغة] *Hoc aliud eſt, nempe* lac purum: *itaque in huius locum ſubſtituendum* أرغغة: *tertium addi poteſt* رغفان.

22 gaudia] *generaliter eſt* inſania, ſtultitia, *vt &* رعونة *apud Auic.*

B 18 motitare] mouere alas *propriè*, icere alis, *vnde* رفة ictus alæ & oculi.

vlt. redigi] in minimas particulas confringi, comminui.

PAG. 179 A 2 *vel* libido] *Non hoc, ſed prius,* & ſermo obſcœnus.

4 *niſi ſit* رفة] *Non eſt: ſed vertendum* diuitem eſſe, *eſt enim abſolutum in phaal, vt tranſitiuum in aphal. hinc* مرفع diues, opulentus; *non præs, quod ſciam.*

8 adminiculum] *ſic radix etiam ſignificat* adiuuare, *item* dare.

4 *fortè*] *Quin id certum eſt.*

18 *fortè*] *Nec de hoc etiam eſt dubitandum.*

PAG. 180 A 6 mappa] *Ego aliud* مرافق *quàm quod eſt plurale ſequentis, non agnoſco.*

8 axilla] *Malè*: cubitum *ſolùm notat, id eſt* cur-*bendū* رستاق, *cum* ا *dicitur &* رزداق *&* رزداق *eadem ſignificatione.*

26 ſcientiam] *radix notat* firmum & ſtabilem eſſe *vt* رسخ *vnde Arabes verba citata aiunt ſignificare*, qui firmi & ſolidi ſunt in ſcientia.

B 7 enula] *Scribendum eſt non ſolùm cum* ن *ſed & cum* س *hoc modo* راسن, *vt videre eſt lib. 2 canonis Auic.* راشف *autem eſt participium à* رشف *id eſt* ſorbere, *ſeu* exiguis hauſtibus vel lentè bibere. & راشن *eſt* diſcipulus: *item* canis capite in ollam immiſſo eam lambens;

8 pungere] *Non puto; eſt* iaculari, perdere, & proceræ ſtaturæ eſſe.

PAG. 176 A 4 *Per* رشن] *Peſſimè.* رشم *eſt* herba primùm prouenienſ & videri incipiens, germen.

7 enula] *Vide quæ notaui ad* راشف.

14 رشي] Dare, donare.

25 رضراض] Lapillus: *item* corpulentus homo aut camelus.

B 23 lucere] *Eſt* lapidibus ſternere *vt* بلط.

PAG. 177 A 1 poplites] *Secundum Lexicographos eſt* dolor genu. *ſcribitur autem cum* ض *etiam in Auic. ac dicitur quoque eadem ſignificatione* رضيف.

6 *ſignificare*] *habet hoc Auctor è libro* חובת הלבבות, *vbi ſcribitur* אלעלם רציאם, *quod vt vt ſumitur vitioſum eſt, & ſolœciſmum includit.*

17 virtute.] Voluntate *ſcribendum, in priori*

10 *vt videtur*] *Inuenio idem ſignificare quod* ابريق.

16 morticinium] *Sed eſt plur. à* رمة

B 10 monimenta] *à ſing.* رمس ſepulchrum, & terra ſepulchri.

15 lippitudo] *Eſt* lema *propriè.*

PAG. 184 A 25 ſacerdotes] *à ſing.* راهب *quo nomine* & monachus *vocatur.*

B 3 cohortes] *Habet eo loci numerũ* تسعة *adiunctum: vnde per plurale vertitur, alioqui formâ ſingulare eſt, notatq;* agmen exiguum, nec pluribus quàm nouem viris conſtans. *Hebr.* מתי מספר *dicunt. vnde benè id hac voce expreſſit Saadias. Eſt* & genus, familia *vt hîc dicitur.*

8 moleſtia afficere] *Aliter de hac radice habendum. In prima enim coniug. eſt* propinquum eſſe, appropinquare & ſuperuenire, *vt Az.* 20. 75. 90. *in Aphal autem eſt* admouere, applicare, exhibere. *hinc* ترهقني عسرا exhibuit mihi difficultatem, *id eſt* moleſtus mihi fuit. *Az.* 38. *In* فاعل *verò eſt* pollui noctu *ὀνειρώττειν. hinc* راهق & مراهقة pollutio nocturna. رهق *autem eſt* iniquitas, peccatum.

14 رهك] *Verba ſubiecta ſunt à radice quadrilitera* رهوك *in prima coniug. inuſitata, ſed in ſecunda ſignificante* ſuperbè incedere, ſuperbire. *ſcribendum autem eſt* ترهوك ترهوكا ſuperbit ſuperbiendo.

PAG. 185 A 1 *Az.* 62] *Eſt ibi* رهين *quod idem ſignificat cum præcedente.*

5 *Num ſit ſcribendum*] *Loquitur Auctor de eo quod ſcitur-*

curuaturam brachii vbi lacerto iungitur.

9 ceruical] Cubital, *dic:* ceruical مخدة *vocatur. ſcribendum autē eſt* مرفقة *quod etiam interdum ſignificat* cubitum.

11 رفك] *Hoc Arabicum non eſt, meo periculo ſcribe* ربك *per* ب *quod ſignificat* bullire.

PAG. 180 B 13 *dicitur &* رقيق] *Sed hoc ſæpiùs denotat* ſeruitute preſſum, ſeruum.

PAG. 181 A 3 *idem*] *Non idem, ſed plurale eius eſt*, colla.

15 *pro* ف] *Noli de eo dubitare.*

26 acu pingere] & pingere, *generaliter: item* ſcribere.

B 6 ſerpentis] *Vide notas ad lin.* 25. *pag.* 5 A.

26 *plur.*] *Huius ſingul. eſt* رقية *idem ſignificans quod* رقا *id eſt*, incantationem. *incantator autem* راقي *vocatur &* رقا.

27 aſcendere] Iumentum *ſc.* currum aut nauem vt veharis. Equitare *autem hîc ſumitur pro* cuiuis animali inſidentem vehi: *conuenit enim cum* רכב.

PAG. 182 A 14 *Az.* 15] *Verba verte* grana varia.

19 turmâ; exercitu] *Eſt id eo loci plur. à* راكب eques.

B 18. ſubuertere] reducere, *potiùs.*

PAG. 183 A 5. & ركنان] *Hoc non eſt plur. ſed duale abſolutè poſitum in nominatiuo; vt ſequens* ركني *constructum in caſu obliquo.*

9 تركن & يركن] *hoc à priori, illud à poſteriori*, & *ſignificat non* aſſociare *ſed* declinare, prolabi, *idem quod* مال *vide Az.* 21.

vt bene id vertit interpres: An ædificabitis in omni loco excelſo ſignum?

PAG. 187 A 4 *in Alc.*] *A ſing.* أَرْبِكَةٌ

B 3 *vt ſupra* رَيْحَان] *Quin & ita hoc ſcribendum ſuſpicor, nam* رَبَان *aliud eſt,* ventus *ſc.* ſecundus.

PAG. 187 A 18] إِزْدَيْحِ] *Hoc ab* ازاح *eſt in Aphal.*

B 5 *paßiuum*] *Non eſt paßiuum præcedentis, ſed forma coniug.* افتعل *mutato* ت *in* د*: qua de re vide Gram. noſtram cap. 1. libri ſec. ſumiturq́; nunc neutraliter pro* creſcere, augeri, *nunc tranſitiuè, pro* augere, augmentare.

زواد و] *puto legendum* ازواد *, & quod ſequitur* زادة *eſſe ſingulare.*

14 rugire] *Hoc propriè eſt.*

16 *alia forma*] *Poteſt hoc quoque eſſe fut. à* زار *nam interdum hoc verbum fit quieſcens mediâ.*

commouere] *Meo periculo ſcribe* زعزع *& ſequens* تزعزع*; quorum locus eſt pag. 190 B.*

PAG. 188 A 5 ex vuis] *Non eſt ita. ſignificat tantùm* vuas paſſas, *vt benè auctor Lexici Granat.*

ſmaragdus] *Poſterius quidem hoc ſignificat, ſed prius aliud eſt;* nubes *ſcil.* ſubtilis *&* diuerſicolor, rubra tamen maiori ex parte, quales ſole oriente & occidente conſpiciuntur: *ſecundum quoſdam etiam ſignificat* aurum.

B 5 *Az.* 106] *Eſt ibi* زَبَانِيَةٌ *quod aiunt ſignificare* angelos *ſeu* diabolos qui tormentant & affligunt homines.

11 *radicalis*] *Ita eſt. ſcribitur* أُرُجّ.

PAG. 189 A 8 *ſupplantari*] *aut* nutare, vacillare *potius. Vide Pſalmo 37. & 73.*

13 *paſſ.*] *Eſt Iphtaal, & aptinè etiam ſumitur, pro,* vrgere, comprimere, irruere.

15 cu-

occurrit Az. 54 ſed ibi eſt رَهْوًا *cum* ر *quod ſignificat* quietum.

7 ſtercus] *Sed* de equi, aſini & muli ſtercore *ſolùm dicitur.*

20 تروح] *Cum teſdid ſuper* و *in 6ª coniug. &* يروح راح *in prima, quod etiam eſt* ire, abire, *vt ſuprà indicaui.*

26 odores] *Id ſignificat poſterius à ſingulari* رَيْحَةٌ*, ſed prius eſt ſingulare; notatq́;* veſperam, occaſum ſolis, *à* راح*, quod de ſole dictum eſt* occidere.

B 22 fex vini] *Eſt* colum *potiùs.*

27 milites] *Puto eſſe plur. à* رامي ſagittarius: *vt ſcribendum ſit* رُوَامِي *vel* رُومِي

PAG. 186 A 2 inebriare] ad ſaturitatem potare *propriè, & in iphtaal* ad ſaturitatem bibere, potu ſatiari.

9 *macula*] *Ea ſignificatione id non puto reperiri: idem omnino eſt quod* شَكّ*, id eſt,* ambiguitas, dubium, *&* ſcandalum. *inuenitur tamen etiam ſignificare* ventum.

22 *pro* רבת] *Quis igitur dubitet legere* رَبْس *per* ب*?*

B 2 *&* رَائِحَةٌ] *malè: hoc eſt ſingulare τῶ* رَوَائِحِ*, vt iam monui.* رِيحٌ *autem habet in plur. ceu paulò ante patuit.* رِيَاحٌ

6 res odoriferæ] herbæ odoriferæ, *potiùs: eſt plurale præcedentis.*

12 *idem*] *Eſt præcedentis plurale: ſed ſingulariter etiam* alam *notat.*

12 *Interp. Alc.*] *Az. 17, vbi eſt,* demiſit vobis veſtem tegentem pudenda veſtra, وَرِيشًا & diuitias *ſeu* opes. *Variant tamen Arabes in eius explicatione, & multas ſignificationes huic voci adſcribunt.*

18 *Az. 36.*] *vbi ſignificat* locum excelſum,

18 adducere] *Suſpectum eſt.*

21 *plur.* زفرات] *Huius ſingulare eſt* زفرة *, idem ſignificans quod* زفير *cuius plur. eſt* زفور

22 iter] *Suſpectum eſt, vt & quod ſequitur,*

B 9 biuium] *Non benè. eſt* vicus, via, *ſed* anguſta *propriè.*

16 arboris ezecum] Arbor eſt in inferno. *vide Az. 54 & 66.*

Pag. 192 A 25 *in Geneſ.*] Nuditatem *ea vox ſignificat.*

26 ornare] *Nequaquam: in prima coniugatione eſt* docere: *in Aphal* propinquum facere, admouere. *& in paſsiuo* appropinquare, propinquum fieri: *& ſic Az. 91.* cùm paradiſus appropinquat. *hinc* زلفة *&* زلفى propinquitas, *item.* pars noctis, *nec non* concordia.

B 19 inuentarium] *Nam radix quoque eſt* ſupputare *&* matriculare.

25 ترمير] *In huius locum ſuppone* مزمار *quod ſequitur, & hoc in illius: ſignificat enim* Pſalmum, *vt &* مزمور *illud autem eſt* fiſtula, tibia, *vt* زمارة.

Pag. 193 A 2 areola] cœtus, cohors, claſſis, *vt* حزب

8 venturus] Futurus *dicendū eſt, niſi addatur dictio* ياتي *; tum enim eſt* futurus vt veniat *id eſt* venturus.

9 propheta] *Malè: eſt ibi* المزمل *quod contractum eſt ex* المتزمل *notátque* veſtibus ſe inuoluentem & operientem, *à verbo* تزمل veſtibus inuolui & operiri. *Sic & initio ſequentis Az. Mahomet vocatur* المدثر *vocabulo huic ſynonymo, quia, vt aiunt, cum ha Surata ad*

ſ. 2

15 cuculus] *Suſpectum eſt.*

18 circundare] *Id difficulter credo: ſignificat* nectere, veſtes globulis fibulis ſuis inſertis connectere. *item* abſcindere.

20 زر] *Hoc ſingulare eſt, notatq.* bullam fibulariam qua veſtes connectuntur: *in pl. dicitur* زرة . ازرار *autem quod ſequitur, non credo inueniri.*

22 زرزور] *Hoc ſingulare eſt,* زرازير *autem plurale.*

27 vaſis] *Eſt plur. à* زربية *quod ſignificat* tapetū elegans & ſumptuoſum. *Vide Az. 98.*

B 14 *plur.* زراريع] *Hoc plur. à* زراعة *ſed* زرع *habet* زروع.

15 ſperma] Satus *propriè, &* ſemen ſatum.

23 oblongi] *Id eſt,* camelopardale. *Sic Scaliger, & quidem optimè: tam enim id eſt certum apud Arabes, quàm* كلب *ſignificare* canem. *In quibuſdam autem emendatiſsimis Dictionariis per* ق *ſcribitur,* زرافة

vlt. & زرافي] *Hoc proculdubio malè ſcriptum fuit.*

Pag. 190 A 26 زراوند] *Hæc vox ſeparatim ponenda eſt, & denotat* Ariſtolochiam.

26 زربوق] *Dictio de mendo ſuſpecta.*

Pag. 190 B *vlt. aut tale quid*] *Ne dubita quin legendum ſit* زعق *id eſt* clamare, vociferari, *item* timere: *de* turpitudinis *notione nihil mihi conſtat.*

Pag. 191 A 9 allegare] *Et* cogitare, *quæ primaria eius ſignificatio eſt.*

10 *Az.* 22 benefaciens] *malè. ſignificat* prædem, vadem, ſponſorem. Ego ſponſor eius ſum, *ſeu* ſpondeo pro illo.

PAG. 196 A 1 jaculari] *Non credo.*

13 *quod* זור] *Benè: eſt enim* margo, ora, extremitas.

21 falſificare] Monetam *propriè. hinc* زيف & زايف *eſt idem quod* بهرج moneta adulterina, improbata.

B 4 ripa] *Propriè* ora retorta ſiue complicata veſtimenti, *noſtratibus* Soom.

PAG. 197 A 3 ساب] *Eſt* vagari, *hinc* سايب vagus *cuius fœm. eſt* سايبة *quod etiam ſignificat* meretricem, ſcortum: *vnde* حية سايبة *eſt* ſerpens vagus, *item* pudor vagus *aut* pudor ſcorti *potiùs*.

9 *idem quod*] *Verba Arabica ſignificant*, Tunicam *ſeu* togam plicatam, & veſtem ſuperiorem.

15 circuire] *Eſt* vagari *propriè vt* ساب

21 ſenatus] Senectus *potiùs.*

B 17 *fortè præteritum, &c.*] *Semel monendus eſt Lector, verba omnia quieſcentia media* و *vel* ي *mutare eam in ipſa radice in* ا *quieſcens; vt* قام *pro* قوم, مال *pro* ميل: *vnde eiuſmodi themata cum ſuis deriuatis locum eum in dictionariis obtinere debent, quem* و & ي *mutatæ, non* ا, *ipſis aſſignant: ſicut apud Hebræos* קם & קאם *ponuntur in* קום.

21 delectare] *De cibo vel potu dictum eſt* guttur penetrare.

23 diffamare] & diuulgare: *at in Aphal: nam in Phaal eſt neutrum*, diffamari, diuulgari.

PAG. 198 A 4 crura] *Benè: ſed lege* ساقان

5 *aliis*] *malè.*

11 شايكة] Spinoſa: *à maſcul.* شايك

13 *quod* שאל] *benè: ſed lege* سال *vel* سأل

18 *In-*

ad eum ab Angelo afferrentur, multis ſtragulis & veſtibus opertus decumbebat.

17 claudicare] Mutilum eſſe membro aliquo *propriè, & ſic* زمين *eſt* mutilus, mancus.

B 6 conuallium] Paluſtre, *dic.*

8 *quibuſdam*] *Bene.*

21 *quibuſdam*] صندوق *eſt* ciſta: *at* زنديق & زندق *ſignificat eum* qui non credit reſurrectionem mortuorum, Sadducæum, צדוקי, *vnde & vox deriuatur daghes in Nun reſoluto, vt paſſim alibi, &* ص *in* ز *conuerſo: habetq; in plur.* زنادق & زنادقة & زناديق, *quod vltimum occurrit in Geog. pag. 166. hic citatâ, linea vlt. vbi ſic ait Auctor:* Maxima ciuitatum eius eſt Thſentébaa duodecim portas ferreas habens, & incolas Sadducæos.

PAG. 194 A 3 *vel potius*] *Omninò; nam in ſing. eſt* زنار *cum* ن *affecto teſdid: itaque prius expungendum.*

16 زنبي] *Hoc cum ſequenti valdè ſuſpectum eſt.*

22 abominari] *Et tum conſtruitur cum* بـ *cum* عن *conſtructum eſt* rogare, flagitare, implorare, *vt* رغب.

B 20 *prouerbium*] *quod verte:* Mendacium eſt caducum, *id eſt, non ſubſiſtit veniente veritate, vt ibidem dicitur, Az. ſc. 27.*

22 ſaporis] odoris *potiùs dic: eſt enim* fœtere: & pinguem eſſe.

PAG. 195 B 2 percuti *vertunt*] *Videtur potiùs vertendum* declinat, recedit. Vides quòd ſol cùm ortus eſt declinat à ſpelunca eorum dextram verſus.

26 angulus] *Benè: ſed* زاوية *potiùs ſcribendum eſt.*

شج vulnerare in capite, ſeu excoriare cutem capitis: & intranſitiuè, caput eſſe vulneratum.

18 idem fortè] res certa eſt, vt videre licet Az. 30. Nomen autem ſequens aliquoties habet Az. 12.

25 increpare] De eo dubitauerim; ſignif. calefacere furnum, & implere ſeu inflare maria, vt Az. 62. 91. البحر المسجور mare inflatum, repletum.

B 1 Az. 9] controuerſum eſſe.

23 adduxit] Sed in Aphal.

Pag. 202 A 2 & intranſitiuè] Sic ſemper in Phaal, at tranſit. in Aphal.

21 الشحاع] Legendum الشجاع per ج, eſtq́; ſerpens mas, vt ارقم.

24 niſi ſit سعف] Hoc nihil eſt, ſed سجف eſt tapetum, velum, item tentorium.

25 rarum eſſe] Benè. ſed legendum per خ; diciturq. non de corpore ſolùm, ſed & de animo, vnde eſt ſtolidum, imprudentē, & inſipientem eſſe (non arrogantem, vt paulò poſt dicit Auctor) hinc سخيف & سخيف القلب ſtolidus, imprudens, ſtultus, cui intellectus rarus eſt.

23 charta fortè] Eſt liber Iudicis cui actiones & ſententias inſcribit.

24 Az. 21] Verba verte: Lapidibus ex argilla. Nam سجيل eſt lutum durum, argilla compacta & ſolida: item lapis coctilis magnæ duritiei, quem noſtrates Clinckaert vocant.

B 1 pro שפלה] Citiùs crediderim poni pro שמלה: ſignificat enim veſtem candidam ex goſſypio. Aut fortaſsis legendum fuit سفل

Scum ſ 3

18 Iudæa] Sed legendum شام tum شامي. Significat propriè Damaſcum, & agrum Damaſcenum, cui totam Palæſtinam Arabes annectunt. hinc البحر الشامي mare Damaſcenum, id eſt Mediterraneum, in Geographo Arabe.

Pag. 199 A 7 natare.] ſcribitur سبح, at ſequens سبح.

17 cubito] Nequaquam. eſt palmus maior Græcis σπιθαμὴ dictus, id eſt interuallum inter pollicem & digitum auricularē diductos.

27 efficere.] perficere, & confirmare omnino ſignificare, non efficere.

B 9 notat] Sed de benignitate, gratiâ, miſericordia, ſimilibúſque ſolùm dicitur.

12 ſatiare] ſed in Aphal. nam in Phaal eſt ſatiari, ſatiatum eſſe.

vlt. expandere] aurum & argentum liquefacere, & liquefactum fundere propriè. quod ſequitur habet in ſingulari سبيكة res fuſa ex auro vel argento.

Pag. 200. A 7 اشباك] Hoc non probo, vt nec vltimum, ſed شباك & شبك dicitur.

19 catulus] ſed leoninus tantùm.

B 6 hiemauit] Hoc eſt fœm. tertia perſonæ præteriti ſingularis, non radix.

22 درهام الستوق] id eſt, moneta adulterina, númus adulterinus. والردي autem hic adiunctum de mendo ſuſpectum eſt.

24 vnde اشتاق] Nequaquam. hoc omnino eſt Iphtaal à شاق.

Pag. 201 A 8 Mendosè ſcriptum] Erras. benè ſcribitur سحج eſtq́; ſcabere, ſcalpere: at

22 ſternere] animal *ſc. id eſt*, ephippia ei imponere.
vlt. emittere] *&* pectere.

B 3 egeritur] *cum* ج *ſcribendũ* سرجين *aut* سرقين ق *vtrumque fit permutatione literarum* à *Perſico* سركين جكق *idem ſignificantes ſc.* ſtercus.

18 *pro* כרכוב] *Idem tamen inuenio eſſe quod* طويل *id eſt*, longus.

PAG. 206 A 1 سرادق] *Formauit hoc Auctor à ſequenti* سُرادق *quod putauit eſſe plurale; ſed malè, vt indicat tum* tſhum *prima litera, pro quo in plur. foret* phatha, *tum constructio vocis Az. 28. vbi eſt* : circundabit illos tapetũ eius *ſc.* ignis; *id eſt*, cingentur tapeto igneo: *nam* tapetum *ſeu* volum *hæc vox ſignificat.*

5 *Az. 37*] *Nuſquam hoc occurrit, ſed Az. 36 eſt* سُرِدْمَة *quod denotat* cœtum, congregationem hominum.

6 *Nom.* 127] Lac coagulatum à quo ſerum ſeparatum eſt.

19 phreneſis] Capitis dolor ex nimio æſtu, *&* febris continua.

B 17 platea] Via ampla & ſpatioſa.

PAG. 207 A 15 moriatur *vel &c.*] *Significat* prope eſſe, parum abeſſe, appropinquare. *conſtruitur cum* علي *ſi nomen ſequatur: vt* اشرف علي الموت appropinquauit morti: *cum* ان *ſi verbum* الامواج شارفت ان تغرقها appropinquauerant fluctus vt ſubmergerent eam, *id eſt*, parum aberat quin ſubmergerent, laborabant ſubmergere.

20 ſtercus aſini] *Generaliter* ſtercus. *vide quæ notaui ad lineam 3. pag. 205. B.*

B 22

8 *cum* ش] *Nequaquam; per* س *ſcribitur, & ſignificat* ſorditiem *ſeu* nigredinem ollæ. *quod autem ſequitur legi debet per* ح, *eſtq; idem quod* شحم *ei ſubiunctum; aut potius* quid adipe conſtans.

21 *per* ح] *Omnino: cum* ج *nuſquam inuenias:* contrahere *autem non puto ſignificare, ſed eſt etiam* porſequi. *ſcribitur autem per* ش

PAG. 203 A 2 crepuſculo emergente]. *Malè. verte* : Et nox cùm quieſcit: *eſt enim* سجى quieſcere, ſilere: *ſed nocti & mari tantùm attribuitur. vnde verba citata commentatores ſic exponunt:* الّيل اذا سكن بالخلق واستقر ظلامه

4 funiculus] *Sic quidem habet vulgata verſio: ſed* سجية *ſignificat* naturam: *quæ notio eleganter conuenit* : Noſti ſemitam meam & naturam meam. *Verſio exemplaris Nebienſis (nam Auctor hic aliam citat) pro hac voce habet* تدبيري gubernationem meam. *Gallicè*, Tu cognois ma voie & mon gouuernement.

PAG. 203 B 11 *Az. 16*] *Verte*: donec adoleuerit, *ſeu* attigerit ætatem robuſtiorem.

27 *Az. 66*] *Vide quæ notaui ad pag. 114 A 7.*

PAG. 204 A 1 manè *fortè*) *Significat* obſcuritatem, tenebras; *& ſic eo loci, vt* بالغدات شلوا *ſit* ſummo mane.

5. *al.*] *Vtrumque dicitur.*

11 concubinarum] *à ſing.* سرية

14 femur] *Malè; eſt* vmbilicus, *&* centrum vallis.

PAG. 205 A 2 nebuloſum eſſe] *Verbum hoc non reperitur; ſed nomen eſt* via, *vt Az. 28:*

16 camiſia] *Sed cum* ا *ſcribendum* سربال

26 ſolidus] *Intelligit Gloß. monetæ ſpeciem quandam exiguam.*

PAG. 209 A 10 byſsus] *Eſt generaliter* pannus linteus *ſeu* tela: *quidam tamen dicunt eſſe* panni lintei ſpeciem quandam denominatam à pago سطوي in confinibus Ægypti.

24 candela] *Propriè* radius ignis.

25 *Geneſ.* 1.] Aqua radians, *id eſt, ni fallor,* ſolis radios repercutiens.

B 1 famelicus] *Vertendum,* habens annonæ caritatem: *eſt enim* مسغبة annona compreſſa, annonæ caritas.

9 *plur.*] *ſcilicet proximi. nam* شعبة ramus habet شعب & شعبات.

14 diſcooperire] *Nequaquam: de capite & capillis dicitur, ſignificatq;* puluere & furfuribus abundare & repletum eſſe, *etiam in locis vnde Auctor id deſumpſit.*

PAG. 210 A 6 errore] *Eſt ibi* شعر *id eſt,* ſtultitia. Nos enim in errore ſumus & ſtultitia *ſeu* ignorantia.

19 capillus] pilus *generaliter: ſed eſt plur. à ſing.* شعرة.

24 *inter vitia*] *Niſi erratum ſit in ſcriptura.*

B 13 *Az.* 12] *Id eſt,* loca vbi colitur Deus: *eſt enim* شعاير *plurale à ſing.* شعيرة locus adorationis *ſeu* cultus, templum. *quod idem quoque notat* مشعر & مشعر *: vnde* مشعر الحرام *eſt* templum Mechenſe.

18 ſternutauit] *Eſt* caput purgare *ſeu* ſternutationem cauſare: *attribuitur medicinis quæ per naſum aſſumpta ſternutationem excitando caput purgant. ſic* سعوط *non eſt* ſternutatio *ſed* πταρμικὸν φάρμακον medicina ſternutationem

B 24 bracca] *Benè: ſed cum* ا *ſcribendum* سروال

PAG. 208 A 2 guloſum eſſe] gula *dicitur: nam verbum non inuenitur.*

11 & emere] *in prima coniug. tantùm eſt* vendere, *& in Iphtaal tantum* emere, *vbi alludit etiam ad Gallicum* achepter.

17 *pro* קרס] شص *legendum & in plur.* شصص *cum* ص *ſignificatq;* hamum.

20 *dicitur &*] *In ſing. ſc. in plurali* شواطى

21 condenſari] *Malè. ſignificat* longinquum eſſe, longè abeſſe · binos facere ſeu conſociare: delinquere, iniquum eſſe: *& ſecundum auctorem lexici* مرقات اللغة nimium eſſe, modum excedere: *Sed auctor Dictionarii* مقدمة الادب *contrà ait eſſe* nec modum excedere nec deficere, iuſtum & æquum eſſe.

vlt. radii] *Hoc ſuſpectũ eſt. ſingulare* شطب *ſignificat* partem & شطب viam.

B 17 alea] Latrunculi *propriè &* latrunculorum *vulgò* ſcacorum ludus.

18 illuminare, &c.] *Malè hæc omnia. ſignificat* abſcindere, amputare: *item* apparere, manifeſtum eſſe, *& in Aphal* manifeſtare: *quæ poſtrema ſignificationes obtinent in locis vnde auctorem hæc habere patet in primo eius autographo.*

21 *Pſal.* 26] *Verſu tertio. ſed in editione alia à Nebienſi, quæ habet* ان قام علي القتال ſi ſurrexerit cõtra me bellum. *At hoc videtur vertendum* ſi inſurrexerit contra me exercitus. ا *in fine vltimæ dictionis delendum eſt, nec in autographo id comparet. Dictio autem hæc ſiue per* ص *ſcribatur ſiue per* س *lecta mihi nuſquam eſt, nec parum ſuſpecta.*

25 ספל] *Eſt idem quod Latinis* ſitula, *à quo & deſumptum videtur.*

22 *vide* [شغف] *vbi habes* يشغفن *in quo* (ن) *non eſt radicale ſed ſeruile & paragogicum. Vide Gram. noſtram lib. 2. cap. 2.*

B 7 *fortè*] *Res certa eſt.*

PAG. 216. A 6 cultelli] *à ſing.* سكّين.

B 7 cicuta] *Sed per* ش *ſcribendum eſt.*

PAG. 217. A 7 [اسكف] اسكف *ſcribendum cum* ا *initio, vt Chald.* אסכפא *eſt* poſtis, limen. *Plurale benè hic ſcribitur: ſi ſingulare eſſet triliterum, foret* اسكاف.

B 9 culter] *Plurale habes pag. præced. A 6.*

PAG. 218. A 18. [سلابة] *malim* سلبة *ſine* ا

21 miſit] armationem *ſemper, nunquam* miſſionem *ſignificat verbum, etſi reperitur* سليح *pro* שלוח.

24 Arma *Gloſ.*] *Optimè: plurale eius eſt quod hic ſubiungitur* اسلحة

B 13. *per* [ش] *vtrumque benè: vocatur &* شرجم *mutato* ل *in* ر, *&* لقة

PAG. 219. A 18. muſtum] vinum *generaliter: ſed cum* ة *ſcribendū* سلافة. سلغة *autem ſignificat* cibum diurnum, *& ſic fortè illud* سلاف *Ex. 22.*

23 reſpicere] *Malè: vertendum* moleſtum eſſe, affligere.

PAG. 220. A 19. *Plur.* [سلوي] *imò hoc ſingulare eſt, collectiuè tamen ſumi poteſt.*

B 6. [سمايم] *pro hoc ſcribe* سموم.

9 peſtiferi] *id* سموم *ſignificat non* سمي

10 foramen] *ſed* acus *tantum.*

21 mi-

nem ciens, caputpurgium استعاط capitis purgatiō.

17 ſumitur] *à ſing.* سعوف

PAG. 212 A 2 *Geog.*] *legendum* سفح *cum* ح *quod ſignificat* radices *ſeu* pedem montis.

5 ſtipes] Verū *propriè.*

B 5 cilium] *Hoc eſt: vel potiùs* loca vbi creſcunt cilia, extremitates palpebrarum.

PAG. 213 A 3 *Az. 99.*] *Verba verte:* Per interceſſionē & inimicitiam *ſeu* vindictam: *vtramque enim ſignificat* وتر.

15 peruium] *Puto* [اشغاف] *legendum fuiſſe, de quo ſupra.*

21 Effundo] ſanguinem, *ſcilicet.*

B 8 [اشغانين] *Hoc eſt plurale, reliqua ſingularia.*

PAG. 214 A 10. *Az. 6*] *Non 6. ſed 19. vbi tamen eſt* شغاء *cum phatha* ش, *quod etſi Interpres vertit* præcipitium, *propriè tamen ſignificat* extremitatem, finem. *vnde vertendus eſt* locus in extremitate ripæ. *At cùm* ش *habet Keſre, ſignificat* ſanitatem.

B 24 [سقوط] *lego* سعوط *&* تسعوط *vide ſupra in* سعط.

PAG. 215. A 2. *Epiſtolam Eliæ*] *Præfixam commentario* רדק *in Amos ſeparatim in 8 euulgato: vide quoque eundem in Tisbite. Ait* משקים *vocem Arabicam eſſe, &* tenue *ſeu* macilentum *ſignificare, quod non credo.*

3 teſta] *lege* tecta. *eſt enim plur. à* سعف *vt mox dicetur.*

12 exacuere] polire, *propriè.*

14 [سعالنيا] *In primo autographo inuenio* سعالبا

bet سغبين *in plur.*

B 13 *vel* acuto] *Neutrum conuenit. Malim vertere*, ex luto alterato *aut* luto putido. *ſignificat enim* سغن *inter alia etiam* mutare, alterare: *item* fœtere.

PAG. 224 A 7 anchuſæ] *Sed per* ش *ſcribi debet.*

19 veſtis ſerica] auro intexta, *vt tradunt quidam.*

B 18 הַנְשָּׂא] *rectè. eſt enim* شنا eleuare & تشنا eleuari. *Vltima radicis eſt* ا: *itaque ponendum pag. præced. ante* شنا. *factum eſt à* נשא *tranſpoſitione literarum.*

224 *B vlt.* ſtella] *Benè: nam & hoc ſignificat.*

PAG. 225 A 1 *verbum*] *quod opinor ſignificare* corrumpi. & *in Aphal, vt mox*, corrumpere.

5 cuſtodibus peruigilibus] *Id ſignificant prima duo vocabula, ſed vltimum* شهب *eſt plur. à præmiſſo* شهاب: *vnde locum verte*: inuenimus cœlum plenum cuſtodibus vigilibus (*q. d.* vehementibus) & ſtellis.

10 deridere) *Nequaquam: idem eſt quod* سهر *id eſt*, vigilare, *etiam eo loco vnde petitum.*

PAG. 226 A 3 [سهالي] *ſequens probo; hoc non agnoſco.*

4 *ſic* سهلة] *lego* سهلية, *vt ſit fœmininum præcedentis.*

8 سهلة] *Hoc & præcedens verbalia ſunt à* سهل *ſignificante, vt refert Muſtapha ben Achmed in Dictionario ſuo*, ouillos habere oculos.

16 audere] Callidũ & aſtutum eſſe *potiùs.*

24 oblitus] سهو *eſt* obliuio: *ſed Auctor legit* سهوت *id eſt*, oblitus ſum: *Nam verbum*

21 miniſtri] شماسة *legendum à ſing.* شماس

PAG. 221 A *vlt* impendere] liberalem eſſe, & liberaliter largiri, *item* condonare.

B 4 auditus] auris foramen, *propriè.*

5 efferri] & altum eſſe.

18 & [مسمر] *ſcribendum eſt* مسامر *quanquam nec hoc probo, licet ponatur in Gloſ. librarii enim incuria puto omiſſum eſſe* ي

19 [سمر] fuſcum eſſe: & اسمر fuſcus.

PAG. 222 B 2 *in forma* [استمع] *Sic in præfatione Pſalterii Nebienſis; at ego non dubitauerim legere* اجتمع *potuit enim vicinitate ſoni deceptus* س *pro* ج *ſumere typographus, vel etiam ipſe Auctor, qui eam præfationem ope indocti alicuius Mauri vertit: vnde magni momenti non eſt, habetq́, alia multa non probanda.*

28 [سمهل] Feſtinare: *vnde verba ſubiecta verte*, feſtina feſtinando.

PAG. 223 A 7 coturnix] *benè: ſed ſcribendum* سماني

16 & [سم] *ſed præfixâ ſeruili tantùm. vide Grammat.*

17 [اسامي] *peßimè. ſcribe* اسماء

17 *hinc fortè*] *Non eſt dubitandũ quin* سماء *quod Hebræi* שָׁמַיִם *dicunt, ſit à verbo* سما *vel* سمو *quod ſignificat* altum eſſe; *hinc* سامي altus.

vlt. ætates] *Et quidem benè. eſt enim hoc plurale à* سن ætas, *non autem* سنة annus, *quod ha-*

22 pleureſis] *ea* شوصة *nominatur cū* ص

B 2 اسباط] سباط *&* اسواط *dicitur, non* اسباط

offerre ſe] *Non puto: eſt* concupiſcere, *vt poſt dicetur.*

PAG. 228 A 2 ſpinæ, *item* murus] *pro priori legendum eſt* شوك *per* ش *:pro poſteriori* سور *per* ر : سوك *autem eſt plur. à* سواك*, quod ſignif.* fricationem, *vt verbum* fricare.

10 ſuggeſtiones] *Eſt verbum,* ſuggerere.

12 confligere] celerem eſſe, *potius &* celeriter ire, *Az. 5 & 6* morbum & noxam cauſare *Az. 1. 17. & 24: item* petere: *nec non* ſignare: *nam illud* مسومة *vnde Auctor colligit hoc verbum fortaſſis etiam ſiginficare* acuere, *quia Interpr. id vertit* acutos, *Arabes exponunt* ſignatos. Demiſimus lapides ſignatos apud Dominum veſtrum, *&c.*

B 9 malum] *ſed ſcribendum* سُوْءٌ *vel* سُوءٌ.

10 malefacere] *ſcribendum* أسيء, *eſtq́; futurum Aphal.*

19 non ſine] *lege* non ſit, *aut dele* non. *ad verbum habet textus* non macula in ea, *ſc.* vacca. *ſcribitur* فيها.

PAG. 229 A 9 *ex Az. 91*] *verte* cùm montes rumpentur: *Signif. enim* سير *inter alia* frangere, rumpere; *item* prehendere; *ac* perſequi.

11 corrigia] سيور *ſcribendum cum* س *eſtq́; plur. à ſingul.* سير

B 10 formis ſuis] ſigno eorum: *nam* سيما *bum ſignificat etiam* obliuiſci, *item* negligentem eſſe, non attendere ad: *nec non* ſtupere; & deliquium animi pati: *hinc* ساهي ſtupens روحا ساهيا *Rom. 11.* ſpiritū ſtuporis. *&* ساهي القلب deliquium patiens, animo deficiens. *Marc. 3.*

B 9 *vel* سوايب] *Hoc probabilius eſt, vt ſit à ſing.* سايبة *ſed puto per* ش *legendum.*

20 اسودد] *ſcribe potiùs* اسودّ

21 niger] أسْوَد *dicendum; cuius plur. eſt* سود

PAG. 227 A 12 ساور] *hoc nihil eſt. primitiua pluralia ſunt* اسوار *&* اسْوِرَة *; vnde formantur tria alia, ab illo quidem* اساور *(quod hic malè exponitur* torques, *cùm* armillas *tantùm ſignificet) ab hoc verò* اساورة *&* اساوير

13 *quare in*] *ibi hæc omiſſa ſunt.* سورة *eſt propriè* id quod pueris in ſcholis diſcendum præſcribitur, lectio: *vnde poſtea dicitur de* ſectionibus Alcorani; *quod Mahomed eas ab Angelo Gabriele, vt aiebat, acceptas, ſuis legendas, diſcendas, ac memoriæ mandandas dederit. Interpres Alcor. vocabulum* السورة *nonnihil corrumpens,* Azoara *vertit: ſed* Surata *potiùs dicendum, aut Latinè* lectio *vel* capitulum. شور *autem eſt* fugere, confugere, *ſed brutis tantùm attribuitur.*

16 *idem*] *ſuſpicor* ن *malè adſcriptum fuiſſe, aut in fine ponendum eſſe: nam* سوسة *idem eſt cum præcedente.*

quæ eſt inclinare animo, naturâ ſuâ ad aliquid ferri: *quia inclinat ad ignorantiam ſeu ſtultitiam. Sed videtur conuenientiùs denominari poſſe à* ضَبَا *quod* originem rei *ſignificat, vnde* صَبَا *eſt* eurus; *quòd ab oriente veniat.*

PAG. 234 B 5 صخر] *Hoc non probo, ſed ſequens.*

13 carectum] *Non per* ح *ſed per* ح *ſcribitur* ضَحْضَاح

20 cubile] *ſed priùs* | *expungendum.*

PAG. 235 A 7 liber] *At poſterius eſt plurale prioris.*

16 pingue & craſſum eſſe] *Optimè, ſi per* ض *ſcribatur, alioqui nihil eſt.*

27 ſobrius] *Benè. radix propriè eſt* euaporari, à vaporibus purgari: *vnde de cœlo dictum eſt* ſerenum fieri, *de homine verò*, ſobrium fieri, *id eſt*, crapulam exhalare.

B 1 diluculum] *Eſt propriè* tempus medium inter ortum ſolis & meridiem, ſed propius tamen ortum: tempus ientaculi apud nos. *pro priori autem ſc.* ضحي *ſcribe potiùs* ضحوة

5 اضحاي] *ſcribe* ضحايا

8 rubigo] *ea* صدأ *nominatur, vt pòſt dicetur.*

PAG. 236 A 13 inculca] Scribere *hoc verbum etiam ſignificat, & ſic hoc loco ſecundum Arabes. itaque verte,* ſcribe id quod iubemini.

23 cochlea] margaritifera, mater perlæ vulgò, perlemoer: *item*, mons, cacumen.

PAG. 237 A 14 ærugine] ferrugine

25 *quibuſdam*] *Malè: eſt* ferrugo, *&* ærugo.

28 يرية] *Et huic etiam voci adiungendus articulus, nam quod ſequitur eſt adiectiuum,* aquis carens; *&* ſitibundus. *valent itaque hæc verba:* deſertum aquæ penuria laborans.

30 *vel* ridere] *Minimè: ſed eſt* manu vnâ in alteram impactâ ſonum edere, *qua actio nomine*

سيمياء *propriè eſt* ſignum.

16 سبين] *ſignificat* pinguem, corpulentum.

PAG. 230 A 13 *Az.* 6] Cùm acciderit vobis accidens.

19 Paganis] *Sic videtur. aiunt tamen Arabes eſſe* populum quendam originem ſuam deriuantem à quodam صاب filio Sancti ادريس, *& ab eo nomen traxiſſe. Alii eum ſic dictum putant à* صَبَأَ *quod eſt* veterem religionem abiicere, & nouam capeſſere; *vnde hoc etiam nomine initio vocati ſunt* Moſis & Mahometis aſſeclæ, *quòd nouo prophetæ & religioni ſeſe addixerint. Sed ſcribendum eſt* صَابِئِين *vel in nominat.* صَابِئُون *: non enim poteſt perire* | *radicale.*

B 4 بياصاح] *Puto peccatum eſſe in ſcriptura.*

PAG. 231 A 1 *pro* اصاح] *& ſic legendum puto.*

22 *Az.* 33] *Eſt ibi* مُضْغَة *per* غ *, quod ſignif.* embryonem ruditer formatum. *vide locum citatum & Az.* 22. *radix eſt* مضغ

B 21 peruenire *fortè*] *Non, ſed* terrere, terrorem incutere.

vlt. صان] *vide quæ noto ad ſequens* ضان

PAG. 232 A 1 cuſtodire] *ſed per* ص *, non per* ض *ſcribitur cum omnibus ſuis deriuatis.*

23 *verbum*] Nebuloſum eſſe.

B 10 latrare] *ſcribendum eſt* نبح *per* ن

PAG. 233 B 10. &c.] *Nam plures alios huius radicis infinitiuos ponit Grammaticus, ac tandem ſubiungit* puerum *vocari* صبي *à radice* صبو

betq; in plur. مصاريع. *Sed* مصرع *eſt* locus vbi luctâ contenditur.

PAG. 240 A 14 *notant*] *Nequaquam: imò hoc quod hic affers per* ص *ſcribendum eſt: radix enim* ضرع *non ſolùm eſt* ſupplicare, *ſed &* obedire, *item* humile, depreſſum, vile, & debile eſſe; *nec non* aſſimilari, *ſed in tertia coniugatione.*

B 17 صغث] *Hoc nihil eſt, nec vſquam inuenitur, vt nec vlla eius deriuata; nam quæ hic ſubiiciuntur habent radicem* ضغث *priùs enim ſcribitur* ضغثا *notatq;* faſciculum *ſeu* manipulum herbarum: Accipe in manum tuam manipulum. *poſterius autem ſcribitur* أضغاث *eſtq; plur. à ſing.* ضغث confuſio, *vt verba ſonent*, confuſiones ſomniorum. *radix* ضغث *eſt* confundere.

PAG. 242 A 6 puluis terræ] *Benè: eſt &* ſuperficies terræ.

15 gehenna] *Sed hoc cùm per* ع *ſcribatur ab aliâ radice eſt.*

PAG. 243 A 22 petra] صفاة *ſcribendum; & in plur.* صفا.

B 12 rana] *ſed cum* ض *ſcribendum pro* ص

18 صفر] *Hoc verbum tantùm eſt: ſed* اصفر *eſt* flauus *cuius fœm. eſt* صفراء.

PAG. 244 A 6 صفارة] fiſtula.

16 صفصاف] *Imò hoc ſingulare eſt* ſalix. *at* صفصف *eſt* planities.

22 panniculus] carnoſus qui eſt ſub cute capitis & ſuper *ἐπικράνιον: ſic enim ait Muſtapha*

mine hic ſubiecto appellatur; & terrā ſeu puluerem cum aqua miſcere. *vnde* ضَلَّب *eſt* terra cum aqua miſta, lutum, cœnum: *itaque verba paulo infra ex fine G. ß. adiecta ſignificant* in locis lutoſis habentibus cœnum.

B 1 ligare] crumenam *ſcilicet, aut* ſimilem faſciculum in quo aliquid inuolutum eſt vt cuſtodiatur. *hinc pro* cuſtodire *ſumitur. Eſt &* eleuare, erigere; *non* formare *aut* incidere, *quod ſciam.*

4 *id eſt*] *verba ſignificant* in fœminis congregatis: *ſed tunc addendum quoque eſt* نساء *nam* ضرة *notat vniuerſaliter* multitudinem, congregationem, صرة *autē eſt* crumena.

PAG. 248 A 15 صيبطر] *quia vox radicalis eſt & quadrilitera: vide eam ſuo loco.*

B 7 ضرابيب] *Hoc eſt à ſing.* ضريبة

11 مضراب] مضارب *legendum.*

PAG. 239 A 3 صريخ] Clamans; ad opem inuocans *quæ* clamoris *aut* inuocationis ad opem *ſignificatio etiam in ſequentibus exemplis obtinet, diuerſo tamen modo, pro ratione coniugationis; quod ex Grammatica diſce. Exempla huic operi inſperſa quæ difficultatis nihil habent, non eſt inſtituti mei vertere.*

B 9 decepit] *Fallitur Auctor: dicitur eo loci vnde hæc habet, in Comment. ſcil. Arabicis in Pentateuchum, ſerpens ille qui Euam decepit tales habuiſſe pedes quales habet* صرصور inſecti quoddam genus, gryllus. *Syros autem appellat Arabes Chriſtianos Syriam incolentes, vel in vniuerſum omnes qui literis ſcribunt Syriacis.*

15 in ebrietate.] *Generaliter eſt* caſus.

23 vexare] Proſternere, deiicere, *propriè.*

24 مصراع] *Hoc eſt ſingulare* ianua; *ha-*

quam cum ص *: nam* صمل *verbum longè aliud eſt, ſci. et,* deditâ operâ facere: *Nomen autem plurima habet ſignificata, quorum vnum hîc ſubiicitur ... qua longum eſſet adferre.*

6 extenuare] *Vide notas præcedentes.*

25 *quod* ضمل] *Hoc aliud eſt, vt iam dixi, ſed* ضمر *eſt etiam* leuem & tenuem & ſubtilem eſſe, *eſtq; tranſitiuũ in forma* اضمر.

21 *fortè* ر *eſt radicale] ita eſt: vſurpatur & verbum* مضمض

B 2 membrum] Magnas aures habentem *propriè notat.*

3 templa] *Sic rectè, non* turres: *ſed de* Chri*ſtianorũ tẽplu ſolùm dicitur ſingulare eſt* صومعة.

23 fœtor] *ſed* axillarum *tantùm.*

44 صنانة] *Hoc non puto inueniri.*

vlt. lapis] Lapis *eſt* quo ponderatur.

Pag. 249 A 20 ſunt facti] *ſic oportet.*

B 8 صنابيف] *Hoc eſt à ſing.* صنيفة

10 ſpecificare] ſcripto tradere *potiùs,* componere.

19 Extenuare] *Format hoc verbum Auctor ex ſubiecto vocabulo, quod inuenit apud Auicennam: ſed ego non dubitem legere* ضمور *id eſt,* extenuatio, leuitas, *à* ضمر *de quo ſuprà. punctus nonnihil ſuo loco motus anſam præbuit erroris.*

22 *Az.* 23] *Verte* palmæ bicipites *ſeu* furcatæ: *id enim ſignificat* صنوان *in ſtatu raphe & ger, ſed in ſtatu natſab* صنوين *dicitur: eſt enim quodammodo duale.*

23 perpeti] *Nõ habet hoc aliunde Auctor, quàm ex cap. 5. Marci, vbi editio Romana habet* اضنيت من الاطبا perpeſſa erat à medicis.

Verùm 4 3

ſtapha الصُفَاق هو الجلد الرقيق تحت الجلد الذي عليه الشعر *id eſt,* eſt cutis ſubtilis ſub cute illa in qua ſunt capilli. *Auctor Dictionarii* مرقات اللغة *ſcribit* صغاف *per* غ *& Keſre.*

B 2 equis bonis] *Eſt nomen participiale à verbo* صفن *quod ſignificat* equum tribus inſiſtere pedibus & quarto culcare terram.

20 صفران] *Malè:* صُفْوان *legendum, quod & notat* lapidem durum: *&* lapidem cui quid innititur aut inniti ſolet

Pag. 245 A 3 cantare] cucurire *potiùs: gallorum proprium eſt.*

19 صقن] *Dubito de ſcriptura.*

22 يصاك] *Hoc ſic formatum videtur à verbo* concauo eſſe.

Pag. 246 B 4 argillæ] *Eſt* limus, cœnum.

8 *alia forma] Vide notas ad pag.* 237. A 20.

15 صلف] odiſſe, non amare vehementer, *de viro non amante vxorem ſuam ſpecialiter dicitur. nomen eſt* odium, *& ſic in ſubiecto exemplo,* & odium & fraus. صلفة *eſt* naulum. ضلف *autem hic adiunctum non memini me legere; delendum videtur.*

22 اصلاة] ا *initiale expungendum eſt.*

Pag. 247 A 1 perpeti.] in igne, *ſcilicet;* comburi. *eſtq; tranſitiuum in 2ª coniug.*

6 *&* صم] *Hoc plurale, &* صما *fœmininum præcedentis eſt.*

B 16 inſtr. auditus] *idem eſt quod* سماخ foramen auris.

Pag. 248 A 3 *cum* ص] *Sic oportet, neque-*

صيصة arx, propugnaculum.

PAG. 252 B 3. recipere] *ſed in Aphel.*
15 *fortè* vmbræ] *Nequaquam.*

17 moleſtia] Iniquitatem *ſignificat* ضيم

PAG. 253 A 5 *&* اطاطا] *Hoc non probo.*

B 1 nutricari] *Si verbum in vſu eſſet, ſcriberetur* ظار *hinc fit* ظئر *inſtar* فعل *habetq; in plur.* ظوار *&* ظور *&* اظار *nec aliter, quod ſciam, ſignificatq;* fœminam quæ infantes & pueros cuſtodit, ac neceſſaria iis ſubminiſtrat, non tamen lactat. *per* ظ *autem ſcribendum eſt.*

PAG. 254 B 14. اطب] *ſcribe* اطباء

PAG. 255 A 11. *Ab. Ezra*] *At malè* ظ *pro* ذ *ſumit. vide* ذبح

18 ſpodium] *Sed pro* ن *finali* ر *ſcribatur neceſſe eſt.*
B 27 *plur.*] *eſt ſingulare præcedentis.*

PAG. 256 A 9 taraxacon] *videtur ergo* ر *legendum pro* و *vide & pag.* 261 A 1.
10 בסל *Deut.* 7] *Optimè. ſignificat enim* diſpergere: *&* perdere: *item* turbare, ſtrepere.
19 frigere] *ſuſpectum eſt.*

B 6 *Aradiar*] *Significans* mœrore vacuum, ſecurum, lætum eſſe; *non autem contrariâ ſignificatione.*

PAG. 257 A 3 ſaturegia] *Sed per* خ *ſcribendũ eſt.*

25 ſurdus] *is* اطرش *vocatur cum* ا *in principio, non in fine.*

B 7 مطرف] *Hoc ſing. eſt* nictus, momentum; *quod præcedit eſt duale conſtructum,* duæ extremitates, *&c.*

verùm *ſi lectio illa retinenda eſt, vertendum* emacerata erat à medicis: *eſt enim verbum hoc in prima coniugatione* macrũ eſſe, *& in Aphal* emacrare, *ac paſſiuo* emacrari. *Sed emendatiſſimus meus codex M. S. habet* أضيبت *id eſt,* vexata *ſeu* afflicta fuerat à medicis. *nam* اصاب *inter alia eſt etiam* vexare, affligere. *Atque hæc proculdubio genuina eſt lectio, cum in Græco ſit* κακωθεῖσα.

vlt. ſubalbedo] *ſignificat* rubedinem vini, *vt verbum* vinum rubere. *hinc* صهباء vinum rubrum.

PAG. 250 A 2 afflixit] *Sed per* ض *ſcribendum cum ſuis deriuatis.*
9 vretur] *Malè: verte* liquefiet: *eſt enim verbum in actiuo* liquefacere.

B 10 الصوادي] *Suſpectum de mendo.*

22 *&* تصوبر] *Hoc ſingulare eſt.*

PAG. 251 A 6 صيغة] Fuſio, ſculptura. *vide* صاغ, *quò referendum.*

7 *&* صوفة] *Hoc ſuſpectum eſt.* صوفة *eſt pagi nomen.*
10 prævalere] *eſt* terrorem incutere: *& ſic etiam in locis ſubiectis.*

19 صوي] *Hoc inuenio idem eſſe quod* قوي *id eſt,* fortis.
B 12 terræmotus] clamor *dic, vel* afflictio.
20 *Az.* 36] *Linea ſequenti citatur Az.* 63. *at hi duo numeri hic tranſpoſiti ſunt: nam Az.* 36. *eſt* لاضير non noxa, non damnum. *at Az.* 63 *eſt* ضيزي *cum* ز *id eſt,* imperfectus, *vt ſenſus ſit,* Vtique partitio illa imperfecta eſt. *atque ſic loca hæc corrigenda.*

vlt. ſublimitates] *eſt* صياصي *plur. à*

conijcerem نطعق *legendum fuiſſe.*

13 minus] *Non hoc, ſed* ros, *&* incertum quoddam animal marinum. اقل *eſt* minus.

vlt. arbores] *Significat* طلح arborem ferentem fructum qui Mauz vocatur, *de quo vide Leonem Africanum, & Auic. Quidam tamen Interpretes* quaſuis arbores proceras *hic aiunt ſignificari.*

PAG. 261 A 2 *pro* (ن)] *Ego* طلحشقوق *in Auicenna tantùm inuenio.*

9 raſus] *per hoc Auctor Gloſſ. intelligit* pannum illum ſericum quem Itali raſo, Germani etiam quidam *atlas*, Belgæ cum Gallis & Anglis Satyn vocant. *radix autem ſignificat* delere.

PAG. 262 A 6 طعن] *per* ظ *ſcribendum, vt ſuprà monui.*

12 طلقي] Doloroſus.

B 18. *Az.* 82] طامّة *eſt* vox, ſonus: *item* ſurrectio, reſurrectio. *vtraque ſignificatio videtur obtinere poſſe loco citato.*

PAG. 263 A 5 extolli] *Propriè* ſuſpicere, ſurſum aſpicere.

10 obſcurare] Obcæcare *dic, & ſic omnia ſubiecta.*

24 confidentem eſſe] *Benè: ſed primaria eius ſignif. eſt* quieſcere.

B 6 ſitire] *per* ظ *ſcribendum: per* ط *ſcriptum, eſt* abundare, copioſum & nimium eſſe.

18 ظنون] *Plur. præcedentis.*

23 *legitur*] *Benè: à ſing.* طنب funis, *ſed quo* tentorium tenditur *propriè.*

PAG. 264 A 4 طنخ] Nauſeare, *&* pinguem eſſe *vel* fieri.

& Lenit.

11 انطرف] Extremum eſſe, vltimum locum occupare.

17 *idem*] *Imò aliud eſt,* nobilitas *ſcilicet, &* dignitas; *etiam eo loci vnde Auctor id habet, ſcilicet Marc. 15.*

26 طران] *Hoc non intelligo, ſed* طربان *eſt* ſporta.

PAG. 258 A 4 *item* ſalire] *Hæc ſuſpecta ſunt.*

7 *pro* שעירי] *Optimè. eſt enim idem quod* طشيش, pſecas, *ſeu* pluuia tenuis.

14 *Az.* 27] *Malè lectum pro* كسفا, *quod vide ſuo loco.*

17 ſeducere] طغي *legendum proculdubio.*

19 طغادة] *& hoc ſuſpectū; lego* بسعادة.

B 4 legio] *Sed* طغية *potius ſcribe.*

6 diſcedere] *Hoc per* ظ *ſcribendum, teſte etiam Auctore* قاموس, *quod Dictionarium Arabicum eſt multo maius Dictionario Calepini* XI. *linguarum.* طعن *autem eſt* transfigere.

16 peſtilentia] *quin* peſtem ipſam eiusq. graſſationem *ſignificat.*

19 طواعين] *Hoc plur. eius eſt & quidem regulare, nec vllo modo obſtans quominus ſit à* طعن.

PAG. 259 A 13 examinatoribus] *Peſſimè. verte* menſuram non implentibus, *ſeu* iniuſtè metientibus. *Vide locum initio Az.*

B 5 conuenire] *Non ſic; ſed* incipere. *plerumque ſeruile eſt, vt hic dicitur.* Incepit interrogare eum, *id eſt;* interrogauit eum.

13 طعولة] *Hoc non agnoſco, ſed quod ſequitur.*

16 ſubiicere] *Non credo.*

PAG. 260 A 5 pronunciare] *Suſpectum eſt:*

quod ſequitur eſt à ſing. طاقة.

14 femur] *Non credo.*

B 16 عاب] *Miror Auctorem hoc cum deriuatiis ſuis per* ع *ſcribere, cùm certum ſit per* غ *ſcribi debere. cum* ع *eſt* perire.

PAG. 268 B 6 عاويد] *Hoc non probo.*

9 viſitare] *Sed* ægrotum *tantùm.* زار *generale eſt.*

14 cum ب] *Loci aut perſonæ: ſignificatq́;* cõfugere, refugere ad, *hinc vſurpant id in execrationibus: vt* اعوذ بربي confugio ad dominum meum, *id eſt*, חלילה, abſit, auertat Deus. عذت بربي ان ترجموني, confugio ad Dominum meum vt lapidetis me, *id eſt*, abſit vt lapidetis me. *elegans Arabiſmus. vide & annot. pag.* 289 *B* 28.

19 שאל] *De hoc valdè dubitauerim: paſſim eſt* dedecore affici, probroſum eſſe. *eſtq́; tranſitiuum in ſecunda coniug.*

PAG. 269 A 2 vt puto] *Ita eſt: ſed ſequens* مغارة *non eſt diminutiuum.*

4 cryptæ] *Eſt plur. à* غار

cæcus] Monoculus *propriè: ſed cum* ع *ſcribendum, vt & habes ſuo loco.*

B 13 recedere] *Sic colligit ex 8 cap. Geneſ. vbi eſt* غاضت المياه *quod vertit* receſſerunt aquæ: *ſed* diminutæ ſunt aquæ *vertendũ propriè eſt. nam* غاض *ſignificat* diminutum eſſe, diminui, exigua quantitate eſſe, *ac de aqua tantùm dicitur.* iraſci *cùm ſignificat, per* ظ *potiùs ſcribitur quàm per* ض.

20 facio] *Malè: legendum per* غ, *vt ſit* غاظ iraſci;

6 Leuit. 2] *Benè: eſt enim* olla magna ex ferro aut ære.

12 طنع] *Hoc cum duobus ſequentibus ſuſpectum eſt.*

PAG. 265 A 6 meridionalis] *Malè: eſt plur. præcedentis. hinc apud Auic.* حر الظهاير calor meridierum, *vt ſic dicam, id eſt* meridionalis.

12 ſtola] *eſt* exterior veſtimenti pannus *aut* ſuperficies.

17 ظهن] *De hoc dubitauerim, vt & de præcedente.*

20 beatitudo] *ea* طوبي *ſolùm vocatur in forma* فعلي: *quod eſt etiam* nomen horti in India, & Arboris in Paradiſo. *ſed* طوب *eſt* later, lapis coctus, tegula, *vt antè dictum eſt.*

23 aceruus] *&* mons, *in Alc.*

B 1 *pro* monte] *Et ſpecialiter pro* monte Sinai, *ac* regione ei vicina Tor etiam à Geographis noſtris appellata.

5 nutrix] *Vide notas ad pag.* 253 *B* 1

9 λαχτίζειν] *Non credo: eſt* goſſypium, & iunci ſummitas ſeu caput.

10 طواع] *Suſpectum eſt.*

conuiuia] *Scribendum* ظوايف *cum* ظ *pro* ض *à ſingulari* ضايفة *quod vide ſuo loco.*

PAG. 266 A 11 puto malè] *ita eſt: nam* موطي *habent exemplaria Romanum & manuſcriptum eo loci vnde Auctor hæc habet, ſc. Math.* 5.

B 8 per ط] *Vide notas ad pag.* 253 *B* 1.

24 Adde] *Habet hoc Auctor ex capite 47 Gen. vbi legendum eſt* وظيفة *cum* ظ *id eſt* portio, dimenſum diurnum, *à radice* وظف.

PAG. 267 A 1 tolerare] *Hoc ſuſpectum eſt.*

dicitur; ac ſcribendum eſt per ع: Auctori & aliis impoſuit editio Romana, quæ ر Luc. 22 habet غبيط, peßimè; cùm exemplaria manuſcripta & Lexica omnia عبيط habeant, à radice عبط de qua paulo antè.

5 niſi ſit ك] Non eſt.

9 ſplendor] Nequaquam: ſignificat veſtes pretioſas, à ſingul. عبقرية

11 craſſum] Homo craſſus ſeu corpulentus, venter.

Pag. 273 B 14 idem] quod عتق ſcilicet, id eſt, manumittere.

22 & reſeruare] dic portare vel potiùs trahite: ſignificat enim hoc verbum portare, ſed vecte propriè, item vi pertrahere.

Pag. 274 A 3 mentum] Non ſic: ſed barbæ extremitas.

24 Az. 33] Eſt ibi غُثَاءُ, quod inter alia ſignificat quiſquilias & ſordes aquæ innatantes, & ſic hic, niſi fallor.

25 ablubio] Puto Gloß. velle id quod iam dixi ſignificare غثاء, & ſic legendum eſſe.

B 16. eſſe] In prima & quinta coniugatione eſt mirari; in quarta, id eſt, Aphal, eſt admiratione afficere, & placere.

Pag. 275 B 26 العجاجيل] Hoc eſt plur. à ſingul. أَجَّول idem ſignifi ante quod عجل id eſt vitulum.

Pag. 276 B 4 femur] Non hoc, ſed interſtitium inter podicem & pudenda, item ſtultus.

Pag. 277 A 9 plur. غلاة] imo hoc ſingul. eſt & غلاء plurale.

15 علب] Dulcis.

B 19 hominum] Tum ع habet Refre.

Pag.

iraſci; de quo in noſtis præcedentibus.

Pag. 270 B 8 iuuare] In prima coniugatione vix puto reperiri.

vlt. Az. 1.] Eſt عُوَان nomen Prophetæ cuiuſdam; item auxiliator, ac tum in plur. اعوان habet; nec non mediocris magnitudinis aut ætatis, & ſic hoc loco; habetq; in plur. عون.

Pag. 271 A 1 pecten] id eſt, pubes, inguen.

3 calamitas] & morbus.

9 per غ] Imò non aliter, me indice.

12 عباب] عُبَاب eſt initium cuiuſque rei, item maximum eius: nec non vniuerſitas, totalitas, vt اجمع

15 fruſtra] ſed cum ث ſcribendū eſt عُبَثًا vt videre eſt in Az. 33. radix eſt عبث hic ſubiectum, quod ſignificat ludere: & ſic Az. 38. An ædificabitis in omni via excelſa ſignum ludendo, ſeu ludentes?

B 1 gens] Seruos melius vertiſſet. eſt enim plurale ab عَبْد ſicuti & عبدان & عبيد.

Pag. 271 A 18 decrepita] Neutrum benè: eſt enim plur. à غابر id eſt reſtans, manens; vnde vertendum, fuitque ex reſtantibus ſeu manentibus.

19 manè] Scribendum proculdubio eſt غبش per غ id enim eſt pars noctis extrema, gallicinium.

22 peruertere] per ب, vt hic ſcribitur, eſt iugulare, occidere; per ر eſt ſterilem eſſe, ac de oue & camelo ſolùm dicitur.

B 2 recens] Optimè: ſed de ſanguine tantùm

B 13. *legunt cum* ﺝ] *malè.*

25 & في] *intelligit* . في مغزل .

PAG. 288 A 1 cerui] *plur. à præcedente* غزال *id eſt* ceruus.

B 1 عش] *Hoc per* غ *non per* ع *ſcribendum cum omnibus ſuis deriuatis.*

PAG. 289. B 27. ignis, æſtus] *Nequaquam. Eſt* luto inquinari *ſeu* infici *: at hoc locis hic ſubiectu prorſus alienum eſt : nam quod citatur ex Az. 52 & initio eius occurrit, compendium eſt plurium dictionum quæ ſingula ſingulis literis indicantur, vt* ראשי תיבות *Hebræorum : ei ſimilia multa occurrunt in Alcorano, quæ aliàs explicabo. Vide Gramm. meam lib. 1. cap. de poteſtate literarum. Azoara autem 123 habet* غاسق *per* غ *, quod ſignif.* noctem obſcuram, *à verbo* غسق *quod de nocte dictum eſt* tenebroſum eſſe *; aliàs verò* repleri. Confugio ad Dominum meum à malo noctis tenebroſæ, *id eſt,* auertat à me malum, *&c. Vide Annotat. in pag.* 268 B 14

Et Az. 48 quoque eſt غ , غساق *quod ſignif* ſanguinem, pus, aliáſque ſordes è corporibus damnatorum in inferno emanantes. *vnde locum verte,* Aqua feruida & ſanguis *ſeu* ſordes: *ſic Az.* 88. Neque potum (habebunt damnati) præter aquam feruentem & ſanguinem cum pure. *Latinè hæc vox cōmodè reddi nequit: Interp. eam vertit* malū.

PAG. 290 A 9 *per* غ] *non benè.*

B 7 غسلين] *Secundum Arabes eſt* id quod abluitur à manibus damnatorum in inferno.

12 mancus] *Benè: ſed prius eſt poſterioris plurale. Vide Matth.* 15 & 18.

PAG. 291 B 13 recens] *ſed cum* ح *ſcribendum eſt, vt & quod ſequitur. Verbum non puto hac ſignificatione vſurpari: ſed eſt* diminuere, temperare, *ceu mox dicetur.*

24 ner-

PAG. 278 A 18 *idem quod &c.*] *Id eſt* racemus, botrus. *dicitur &* عِنْق *&* عِذْق *eadem ſignificatione.*

21 bonas] copioſas, multas *ſeu* abundantes *dic: id enim ſignificat* غدق *ſed aquæ ſolùm attribuitur.*

PAG. 279 A 17 cras] غدا *legendum puto.*

20 metallum] Fodina *propriè.*

PAG. 280 B 3 *pro* ز] *De eo nolo dubitare.*

PAG. 281 A *vlt.* غرابيب] *hoc à ſing.* غربيب *eſt, quod etiam* rem quamuis nigram *ſignificat.*

B 9 عُرْج] *Hoc eſt plur. præcedentis.*

20 *idem quod* عنقود] *Imò differunt hæc duo. nam* عنقود *eſt* botrus, racemus *vt* عذق *, ſed* عرجون *eſt* ramus *ſeu* bacillus ille cui dactyli botrus adhæret.

PAG. 282 B 11 غرسا] *Malè lectum pro* غربا *; ſic editio Romana & exemplaria manuſcripta Math.* 23.

PAG. 284 A 4 ſpurius] *Vide notas ad pag.* 44 B 5.

PAG. 285 B 23 *Az.* 44]. Fluxus imbris: *aiunt enim Arabes* عرم *hic eſſe* imbrem *ſeu* pluuiam vehementem.

PAG. 286 A 10 غربمان] *Hoc duale eſt: Vide Lucæ 7. vbi occurrit, non Matth.* 18.

B 5 عريان] *Hoc* nudum *ſignificat, non* nuditatem.

PAG. 287 A 28 *idem quod* עזב] *Non : ſed* abeſſe, longè abeſſe, diſtare, *& ſic loco ſubiecto:* Non aberit ab eo pondus atomi (*aut* formicæ) *id eſt*, non fugiet *aut* latebit eum. *Vide & Az.* 20.

B vlt. ſuſpenſi] *Malè lectum pro* معلقين

PAG. 301 B 2 baculus] *Eſt plur. à ſingul.* عكازة *quod* ſcipionem *propriè notat.*

20 *inſtare*] *Eſt propriè* permanere, firmiter alicubi conſiſtere.

PAG. 302 A 13 prædari] fraudare *ſeu* decipere *potiùs.*

PAG. 303 A 5 ظلام] *id eſt* tenebræ: *ſed* غلس *ſunt propriè* tenebræ vltimæ noctis, quæ ſunt tempore gallicinii, *&* ipſum gallicinium.

20 استغلظ] Incraſſeſcere.

22 *ſortè*] *Res certa eſt.*

PAG. 304 A 5 *plur.*] *Hoc* علائق *ſcribitur.*

7 *idem*] *Hoc ſingulare eſt, præcedens plurale.*

21 obſtinatio] *Puto* obſeratio *legendum potiùs eſſe.*

PAG. 306 B 2 feruet ignis] *Non ſic; ſed* bullit aqua feruida. *eſt enim* حميم aqua feruens, *non* ignis.

27 تعمم] Caput inſtitâ ligari.

vlt. عمام] *ſcribe* اعيام.

PAG. 307 A 14 غمة] *Eſt* mæror, triſtitia, *nec aliud quod ſciam. ſed* غمامة *quod in plur. habet* غمائم *&* غمام *eſt* nubes.

19 غميم] *ſuſpicor* عميمة *legendum, quod eſt diminutiuum ab* عموة: *nam illud* herbam *ſignificat &* locum inter Mecham & Medinam.

PAG. 308 A 1 vectis] *&* columna.

B 25 استغمر] Operire, tegere, *ſed aquæ & aliis liquoribus ſolùm attribuitur: vocabulum frequens*

ζ 2

24 neruus] *Hoc propriè eſt.*

PAG. 292 B 20 lacerti] *Optimè. à ſingulari* عضد *aut* عضد *vtrumque enim dicitur.*

23 מזוזות] *Benè, à ſing.* عضادة.

PAG. 293 A 3 ſcutella] *Ea* غضارة *nominatur: quæ vox etiam* vitæ commoda *ſeu* delicias *ſignificat.*

14 horam] Veſperam *potiùs videtur dicendum. Significat propriè hæc vox* tempus medium inter meridiem & occaſum ſolis.

B 14 muſculus] *Hoc eſt.*

17 cogere] *Contrarium verum eſt. ſignificat enim* prohibere, *etiam locis hîc citatis.*

PAG. 294 A 13 عضين] *Id eſt,* diſperſus. fecerunt Alcoranum diſperſum.

B 23 معاصي] *plur. præcedentis.*

PAG. 295 A vlt. alteratio] Neque alterationem, *ſcribendum eſt: ſed vocem Arabic. non agnoſco.*

B 2 *&* tuſſire] Tuſſiendi *notionem huic radici vnquam conuenire non credo:* ſternutare *ſignificat.*

6 mergere] *tum per* غ *ſcribitur: quod & de deriuatis huic ſubiunctis accipiendum.*

PAG. 296 A 15 Az. 32] *Eſt* عطف ſcapula, *&* latus vnum colli.

PAG. 297 B 11 عفربة] ſceleſti, maligni. عفارية *non agnoſco.*

PAG. 298 A 13 conuenire] *Niſi malè ſcriptum fuit pro* وافق.

B 3 *&c.*] *Hoc cur apponatur neſcio: nam* aſinæ pullum *ſolùm ſignificat.*

PAG. 299 A 3 *ſic vocatum*] *Eſt* neruus arcus.

PAG. 300 A 23 *in Nomoc.*] *Cùm* ع *habet Phatha, ſignificat* ſupellectilem; *cùm Tſum,* vinum; *cùm Keſre,* dominium.

B 18 [عدار] *ſcribe* عدان: عيدان *eſt* littus, ripa.

23 monoculus] *Hoc propriè eſt.*

PAG. 315 A 7 coopertorium] *ſed per* غ *ſcribitur.*

20 profunda eſt] *eſt fut. à* غاص immergi.

B 1 *&c.*] Nutrio, cibo, educo. *prat. eſt* غال, *non* علل.

3 [يعول] *legendum ſuſpicor* بتوكل *tranſlatio Romæ excuſa habet* متوكل.

8 [معاوبل] *à ſing.* معوال, *vel potiùs* معول *abſque* ا, *& in plurali ſine* ي.

21 malitia] *eſt plur. à ſing.* غايلة.

22 [غول] perditio: *ſed* غول, *vt paulò pòſt, eſt* ſpiritus.

21 *eſſe puto* [عام] *Ita eſt.*

22 *al.* nauta] *Neutrum; ſed* natatio.

26 latrare] *Hoc eſt propriè. quid autem velit* يعاوية *hic adiunctum, ignoro.*

vlt. patientur] *Suſpectum eſt.*

PAG. 316 A 5 malum effici] Decipi *propriè &* ſeduci.

22 ſermone] *Nam radix* عيي *ſignificat etiam* non valere eloquentiâ, non eſſe eloquentem, *contrarium* ذلق.

25 prauitas] *Non ita, ſed* ignorantia.

B 9 ſalus] *Scribe per* غ. *vſitatiùs dicitur* غوث *cum* و.

11 redire] Reducere *dic: vtrumque eſt fut. Aphal ab* عاد.

19 *plur.*

frequens eſt apud Chymicos. Quæ ſubiungit ſignificant deſertum quod operit aqua. *forte hoc alicubi legit in explicatione vocis* غامر, *ſed ea abſolutè* deſertum *ſignificat.*

PAG. 309 A 1 multitudo] Hominum *ſc. ſed* غمرة *potiùs dicitur abſque* و, *& in plur.* غمار.

5 articulo] *Non eſt à priori ſignificatione recedendum ſingul. eſt* غمرة dolor, anguſtia, miſeria.

7 inter dentes] *Cum* غ *ſcribendum eſt à ſing.* غمر.

15 comprimere] *Hoc per* غ *legendum.*

17 multæ] Copia, abundantia: *ſed pro* ر *pingendum eſt* ر, *eſtq; à radice* عمر

27 mergere] *At per* غ *ſcribi debet cum deriuatu ſuo.*

B 8 claudere] oculos *ſcilicet, Gallis* cligner. *eſt &* lippire: pudefacere: *&* laudare beneficium.

PAG. 310 B 14 *quod* [غني] *quin ſic legendum puto.*

19 euenire] *Hæc ſuſpecta ſunt.* عنتم *autem à radice* عنت *eſt* importuni eſtis, moleſtiam exhibetis.

vlt. gutta] Succinum *propriè, vulgo* Ambra.

PAG. 311 B 8 [عنصور] *Hoc non probo.*

PAG. 312 A *vlt.* [غنايم] *Hoc eſt plur. à* غنيمة præda: *ſed* غنم *habet* اغنام oues; *item* greges.

B 24 crimen] *Non hoc notat ea vox, ſed* ſignum chartæ impreſſum quo dignoſcitur: *item* ſcripturam in charta expreſſam; *& ſic loco hic citato, ut Marci* 15. fuit ſuper eo ſcriptura ſcripta, *&c.*

PAG. 314. A 26 [عجج] *Non ab hoc, ſed à priori.*

B 5 افافا] *lege* افاق *id eſt*, extremitates, confinia. *vide*] .

15 فاي] Findere: *&* diſtare.

23 ſtipes] *Fortè* ſtips *legendum*; *hoc certè probabilius eſt.*

25 corda veſtra] *Scribe* افيدتكم *à ſing.* فواد, *quod vide ſuo loco.*

PAG. 320 A 8 rumpere] Diſſuere *propriè, hinc*, aperire, ſeparare, & ſtuprare.

11 فتيل] Eſt res quæuis inſtar funis torta, *& ſpecialiter* ellychnium; *quod* papyrum *vocat Gloſſ. quia ex papyro olim fiebat, vt patet ex Plinio, qui meminit ellychnii papyracei.*

B 20 abſoluere] Priuare *potiùs, &* malum accidere.

PAG. 321. A 1 fractum] *Chaldaicè quidem; ſed non Arabicè. per* غ *eſt* aperiri.

15 قدان] *Quin ſic legendum arbitror.*

B 2 interpoſito] *ad verbum*, extra operculum: *nam* قدام *eſt* operculum vaſis.

11 venarum] *Arbitror* انغراز *legendum eſſe per* ز

PAG. 322 B 14 *aliis* ح] *Non benè.*

24 vacuitas] *verte potiùs* جز *eſt idem quod* فرض; *id eſt*, ſciſſura vel ſcindere: *nam id inter multa alia etiam ſignificat ea vox.*

PAG. 323 A 7 compreſſum] *Non hoc eſt, ſed* latus, a, um.

23 compenſare] *Id Auctor colligit ex ſubiecto* فراعن, *ſed malè: nam præterquam quòd talis forma nominis à radice trilitera formari nequit, vocabulum illud nuſquam inuenias: Matth. enim 26, vnde id depromptum eſſe teſtatur autographum, eſt* فَلَا أَ عْيُن

19 *plur.*] *pro priori lego* اعياد *: poſterius eſt à ſing.* عيادة.

20 puluis] *Legerem* غبار.

22 *pro* vrbe] *id eſt* עיר: *Sed non eſt ita: ſignificat* cohortem iumentorum aliquid vehentium, Caruanam: *item* camelum *aut* aſinum onuſtum. *ſed* عَيْر *cum phatha &* عيران *eſt* onager.

PAG. 317 B 10 profundus] Remotus *potiùs ſeu* diſtans.

vlt. غابط] *Hoc non probo, ſed ſequens. vſitatiùs autem hæc ſcribuntur per* ض

PAG. 318 A 9 inopia] Monachatus *potiùs.*

11 obſcurare] *Non credo: eſt* ſitire: *vnde* غيم ſitis, *item* nubes.

B 23 *pro eodem*] *Malè, me iudice.*

24 *Az.* 5] Oculis elegantibus clarè intuentibus.

vlt. atque dulcem] *Neutrum, ſed* fluentem. *contractum eſt ex* مْعِين *aut ſecundum alios ex* مَعْيُون: *quidam tamen malunt eſſe formæ* فعيل *; vt* م *ſit radicale, à themate* معن fluere.

PAG. 319 A 1 فه] *Non ſic, ſed* فم, *& quidem in ſtatu Raphe, ſicut* فا *in Natſab, &* في *in Ger. Conſule Grammat.*

8 *plur. vſitatius in plur.* فَأْر *dicitur, à ſing.* فَأْرَة.

9 ebullire] *id eſt*, inter bulliendum effundi: *optimè. & generaliter* abundare.

اصغرفاقع *eſt* flauum excellens & nitidum.

PAG. 327 A 1 فعكك] *Non agnoſco.*

8 *vel tale quid*] *nequaquam*: *eſt* eruere oculos; *& ſic in ſubiecto exemplo* Eruit oculos eius, aut amputat manum eius. Faqui *autem quod habet Lex. Gr. eſt illud* فقيه *de quo paulò ante.*

13 فكان] *Hoc duale eſt. Dicitur etiam* فكاك *in ſing.*

B 5 فكه] Beatè viuere & deliciis abundare. *At in 6ª coniugatione* تفكه *eſt* admirari; *& ſic loco hic adſcripto*, Errafletis admirantes *ſeu* cum admiratione.

PAG. 328 B 7 talis, quidam] *Sed* فلان *ſcribendum, ſine* ي.

8 فلي] Vibrare enſem.

9 فلاة] Deſertum, & rupes, ſaxum.

24 condemnare] *Eſt* mentiri; *item* ſtolidum eſſe.

25 caupo] *Non hoc, ſed* diuerſorium, caupona.

PAG. 329 A 3 فوهات] *Hoc eſt à ſing.* فوهة orificium, oſtium fluuii.

9 dinumeratio] *Vnde & pro* tabula *ſeu* indice libri vbi res tractatæ enumerantur & recenſentur *paſſim vſurpatur. ſcribitur per* ة *in fine.*

16 استفهم] Interrogare.

18 *vel* فوه] *ſed cum* و *teſdid habet: ſcribitur enim* فوّه.

20 caterua] *Benè: plur.* افواج, *& bini alia*

عن نفسه *id eſt* In redemptionem pro anima ſua.

B 24 liber] *vnde & de* Moſis lege *dicitur in Alc.*

27 فرقع] diſtendere digitos. *in exemplo ſubiecto lege* اصابعك *per* ب.

PAG. 324 A 2 decerpere] *Non ſic, ſed* fricare, conterere. *vide Matth.* 12.

vlt. vitis alba] *Sed Auic. ſcribit cum* ا *in fine.*

B 3 confige] *Id deprompſit Auctor ex Pſalmo* 119. *verſ.* 120. *ſed eſt ibi* اقشعر exhorruit; *& quidem benè: Hebræus enim contextus habet* סָמַר exhorruit à timore tui caro mea. *Vulgata:* Confige timore tuo carnes meas.

14 carminare] *id* قش *potiùs dicitur.*

17 انفض] *idem eſt quod* انغض diſpergi, diuidi, ſeparari. *ſed in prima coniug. eſt tranſitiuum.*

PAG. 325 A 7 *per* ج] *imò non aliter.*

17 *item* venire] *Non puto hac ſignif. reperiri.*

B 8 irritum facere] ſcindere, amputare propriè, *vt &* قطم; *vnde* انقصام *eſt* amputatio, *item* ceſſatio.

19 rigidum] Nequam eſſe *potiùs, ſeu* peruerſum & malæ indolis.

24 ſuperfluum] *Secundum Arabes eo loci ſignificat* fiſſuras, rimas, *à ſing.* فطر rima, *item* creatio, mulſio, fermentatio; *&* digitus

vlt. cadere] *Non ſic, ſed* rimas agere, findi, diſrumpi. *Idem ſignificat* انفطر *hic ſubiectum. Vide Az.* 92 *&* 83.

PAG. 326 A 5 افطس] ſimus, ſimo.

B *vlt.* fuluo] *Eſt* فقع colorem mundum, nitidum & excellentem eſſe: *vnde*

20 fuligo] *Idem eſt quod* غبار *id eſt,* puluis.

vlt. egens] *Non ſic, ſed* auarus.

Pag. 336 A 1 *verbum* قتر] *quod eſt* olere; *& de carne dicitur: item* carnem aſſare: *nec non* parcum & auarum eſſe, *& ſic loco hic citato,* لم يسرفوا ولم يقتروا non ſunt prodigi neque auari.

B 5 puluerulentum] *Non malè: nam* قتام puluerem nigrum *ſignificat; & verbum propriè eſt* puluere multo obſcurum eſſe *vel* fieri.

10 Malæ] Puluerem corrumpentem *vertendum eſt, aut ego ſallor.*

14 قحابة] *ſcribendum* قحبة. *Verbum non ſignificat* ſcortari, *ſed* equum tuſſire.

24 *vel* offuſcare] *Neutrum horum, ſed primum. Intranſitiuum eſt in prima coniugat.*

vlt. diſſoluit] *Non; ſed* cum impetu ingreſſus eſt, inuaſit, irruit; *id enim in aphthaal radix hæc potiſſimum ſignificat: vnde de fluuiis in mare ſe exonerantibus dicitur apud Geog.*

Pag. 337 A 4 quandoque] interdum, ſubinde, *cum futuro: ſed cum Prat. eſt* iam, modò, quondam. *& ſæpe vacat, vide Gram.*

7 proficiſcimur] *Ad verbum* ſumus in vias varias, *propriè* diſperſas.

14 ſalita] ſiccata *potiùs.*

vlt. incendere] Excudere *ſiue* excutere ignem *propriè.*

Pag. 338 A 18 quantitas] *ſcribe* مقادير quantitates.

24 *cum* ذ] *ita* مقدور *&* قدر *quoque ſcribenda ſunt: Eſt autem hoc à ſing.* قدارة.

B 19 accuſare] *Hoc* قرف *dicitur per* ر.

Pag.

alia افاويج *&* إفاويج.

B 2 calamenthum] *Bene: ſed ſcribendum* فوذنج פודנג.

11 os oris] *Nequaquam, ſignificat* allium *vt* ثوم, *& ſecundum nonnullos* triticum. فم *eſt* os, *vt babes ſuo loco.*

22 vmbra] *tum ſcribitur* فَيْء *& eſt ſpecialiter* vmbra excitata à ſole occidente, *quo diff. rt à* ظل *quod generale eſt. ſignificat quoque* reditum; *item* ſpolia.

Pag. 331 A 1 iaculari] *nequaquam: ſignificat* auidè edere & bibere *ſed loco citato eſt nomen denotans idem quod* قدر, *id eſt,* quantitatem. Ad quantitatem duorum arcuum aut minorem.

3 الِقاب] *Hoc eſt plur. à ſing.* لِقب *Vide Kaphiam pag. 46.*

B 3 قايدة] *ſcribe* قادة.

Pag. 333 A 5 *plur.*] قوم *non eſt* pes, *quod ſciam, ſed* quidam, nonnulli, plurimi, natio, gens: *at de fœminis non dicitur.* قوايم *autem plurale eſt abſque ſingulari, & notat* quatuor iumenti pedes, *maximè* equi *Pſ. tamen* 18, 37, *vbi Auctor id legit, pro* veſtigiis *ſumitur.*

B *vlt.* مقابر] *Hoc eſt plur. à ſing.* مقبر.

Pag. 334 A 4 اقتبس] accendere: *item* diſcere, *vt* اقبس docere.

Pag. 335 A 10 مقابلة] oppoſitio.

vlt. oriens] *Non ſic; ſed* meridies, auſter, *vt mox ex Gloſ.*

B 11 اقبية] *Hoc eſt plur. à* قَبَاء veſtis, tunica.

النقرع *id enim* cucurbitam *ſignif. ſed ex articulo voci priori præfixo facile erat colligere hoc non poſſe eſſe ſubſtantiuum.*

B 9 congelatio] Congregationem *ſignificat*, *item* corrugationem: *&* lucrum. *ſed* قرس *cum* س *eſt* aquam valdè frigidam eſſe & frigore condenſari, *id eſt* congelare.

14 قريش] *Eſt* nomen familiæ Mechanæ quæ linguam Arabicam elegantiſſimè & nitidiſsimè loquebatur: *vnde* لسان قريش *eſt* lingua elegans illius familiæ, *& generaliter etiam* idioma Mechanum; *quod olim eo erat apud Arabes loco quo hodie eſt Toſcanum apud Italos, & Caſtilienſe apud Hiſpanos. Verba ſubiecta verte*, deſcendit Alcoranus lingua Coraiſæ.

PAG. 343 A 12 قرصين] *Hoc eſt duale à ſing.* قُرْص placenta, libū. *ſcribitur cum* ص

B 14 ſexta] *Sed* ا *finale delendum eſt. Eſt &* quantitas vnius digiti, *ſeu* ſex granorum hordei.

PAG. 344 B 9 قرقة] *Malè lectum pro* خرقة

13 قرم] *Eſt* tangi deſiderio patris, *aut* domus: *ſed loco hic citato videtur ſumi pro* optima ſeu neceſſaria quæque deſiderare.

15 *ſed*] *Verte* toralia ſtrata, *vel* tentoria extenſa.

19 *fortè* tegula] *Benè diuinas: ſingulare eſt* قرميد.

PAG. 345 A 7 *quibus &c.*] *ſic Interpres, ſed vertendum*, non fuimus illi coniuncti, non fuimus illius ſocii *aut* amici: *refertur enim* لَهُ *ad Deum.*

20 *Interp. Alc.*] *Benè: nam vtrumque ſignificat.*

B 8 menſtrua] *Perperam pro hoc pag. 341 A 5. ſcribitur* قرور *per geminum* ر.

12 vrbs

PAG. 340 A 4 تقدي] *Malè lectum, pro* تودي.

B 18 morari] Diuerti *propriè.*

PAG. 341 A 15 vrinale] *Generaliter eſt* vas *ſeu* vaſculum.

19 قرقر] *De* ventris ſonitu *&* columbæ ac aliarum quarundam auium voce *ſpecialiter dicitur.*

vlt. lectio] *Vt Iudæi libros ſacros* קרא *&* מִקְרָא *vocant. ſcribendum autem eſt* قُرْآن *vel* قُرْان *: eſt enim forma* فُعْلان. *Appellatur &* قُرْقان *مضحف* *أسْجَم* *& aliis nominibus.*

B 13 *plur.*] *Neutrum horum præcedentiū plurale eſt; ſed prius eſt nomen ſubſtantiuum* propinquitas, *item* affinitas, *poſterius verò eſt idem quod* قريب, *nec non comparatiuum eiuſdem*, vicinior: *habet autem* قريب *in plur.* اقرباء *&* اقارب.

PAG. 342 A 3 قربس] *ſcribendū* قربوس *quod propriè ſignificat* anteriorem ſellæ quæ animali imponitur eminentiam: *poſterior* قيقب *vocatur.*

20 اقترح] *pag. 337 B 3 hoc ſcripſit per* د *pro* ر. *difficulter interdum in ſcriptura Hebr. (qua Saadia Pentateuchum excuſum eſt) litera Res & Daleth diſcernuntur. Ego vtra lectio hic vera ſit neſcio.*

22 cucurbita] *quia Inter. Auic.* الما القراح *vertit* aqua cucurbitæ. *Malè: vertendum eſt* aqua pura: *nam* قراح *eſt* purus, mundus, *ſed aqua ſolùm attribuitur. Legerat fortè*

23 *Az.* 27] *Ibi* قاصف *cum* ص *eſt, ſignificátque* impetuoſum, vehementem, *vt* عاصف

B 10 fœnum] *Legendum per* ض, *vt paulò poſt.*

15 قضيم] fœnum, & ſtramen minutim conciſum quod iumentis datur. *item* cutis candida, argentum: *&* gladius.

PAG. 351 B 18 ſcrutari, inquirere, *&c.*] *hoc per* ص *ſcribitur.*

PAG. 352 A 4 muſium, cattum] *Intelligit* felem, ælurum.

7 قطط] criſpari, *& ſic in exemplo ſubiecto* criſpantur capilli, *&c.*

20 *Az.* 48] *Eſt ibi* قِطّ *nomen ſignificans* chartam conſcriptam, ſcripturam, ſcriptum.

24 *Az.* 44] Fons æris liquidi: *eſt enim* قِطْر æs liquidum *ſeu* liquefactum.

PAG. 353 A 16 اقطاع] *Hoc neſcio an aliud quàm* fruſta *ſignificet*: greges قُطْعان *vocantur.*

B 7 *niſi ſit mendum*] *Vt eſt: ſcribendum* قمط.

8 قطمير] *Eſt* cortex *ſeu* folliculus ambiens os dactyli, *quæ res eſt nullius pretii, vnde ait Pſeudopropheta*: Illis quos præter Deum inuocant non eſt dominium in folliculum dactyli. *Eſt & nomen canis.*

10 linum] *Eſt* goſſypium *propriè, pleriſque etiam Europæis* cotton *dictum. Dicitur &* قطنة *in fœm. genere, quod etiam ſignificat* ventrem, concauitatem, *idem quod* جوف.

16 *idem quod Syr.*] *Neſcio quid dicas: ſignificat* quieſcere, & firmum eſſe, *etiam in exemplis hic appoſitis.*

PAG.

11 vrbs] pagus *propriè.*

16 قز] *cum Keſre eſt* ſeta, *cum phatha* impetus, *item* animus.

PAG. 346 A 17 قاسح] *id eſt* craſſus.

18 قسل] Falli, decipi, *& in Aphal* decipere.

vlt. Az. 84] Fugientes à leone, *ad verbum.* قَسْوَرَة *eſt* Leo, *qui aliàs* اسد *vocatur & multis aliis nominibus.*

B 23 قسط] *Vide notas ſequentes.*

PAG. 347 A 3 *videtur*] *Ita eſt: nam verbum in prima coniugatione eſt idem quod* ظلم iniquũ, iniuſtum & infidelem eſſe: *ſed in Aphal eſt* iuſtum eſſe, iuſtitiam impendere, *vt antè dictum eſt. Sic* قَسْط *eſt* iniquitas, *at* قِسْط æquitas, iuſtitia.

10 قسطاس] libra *vel* ſtatera magna; *item* libra iuſta: *& ſic loco citato*: Librate librâ iuſtâ.

14 horripilare] *at in coniugatione* افعلل *tantùm, vt hic ſubiicitur.*

24 *plurale*] *Quin & hoc ſingulare eſt.*

PAG. 348 B 8 promptiſsimus] *Significat tamen* diſperſus eſt.

18 virga, baculus] *Sed cum* ض *ſcribi debet.*

349 A 17 eſto modeſtus *&c.*] *vel* ora in itinere tuo: *eſt enim hoc verbum etiam* orare, rogare, precari.

B 4 *Az.* 65] *Puto hic & paulò poſt per* oculos breues, *denotari* rotundos, non oblongos.

22 *An* cæſas] *Vult* Cæſares. ة *omitti poteſt: ſingulare eſt* قيصر.

PAG. 350 A 21 macreſcere] *Benè, ſed per* ض *ſcribendum eſt cum ſuis deriuatis. per* ص *ſcriptum eſt*, ludere, *item* frangere.

قلفة *eſt idem quod* ערלה *id eſt*, præputiũ.

PAG. 359 A 13 mutilus] *Is* مقلم *dicitur: verbum eſt* decurtare, mutilare.

B 7 *pro* cremio] *Pſal: ſuluet* 102. 4 *vbi eſt* مقلى *quod ſignificat* ſartaginem, frixorium: feruent oſſa mea vt ſartago. *Vtitur Interp. ibi voce* حمى.

:20 قامته] Statura eius.

22 اقمح] Erigere caput. *propriè de iumentis* [dicitur] *caput cùm potu ſatiati ſunt erigentibus. hinc* [a]*d alia transfertur.*

PAG. 360 A 1 *Gloß.*] *In quo vertitur* palumba, *vt videtur.*

3 قمار] Chartæ luſoriæ.

9 قماش] Supellex, *&* materia veſtium.

21 *niſi ſit mendum*] قمطرير *eſt* malus, miſer, aduerſus. *vnde locum verte:* Vtique nos metuimus à Domino noſtro diem triſtem (&) malum.

vlt. colaphizare] caſtigare, *generaliter.*

B 5 Clauæ ex ferro] مقمع *eſt* claua.

:9 *vel* infundibulum] *Hoc eſt.*

12 قمقم] *cum* ة *in fine ſcribendum eſt.*

15 قمل] *Hoc plur. eſt à ſing.* قملة.

18 interfector] pediculus *dicendum.*

PAG 361 A 11 venter] *Eſt* ingluuies auium *propriè.*

B 24 قنم] *ſcribe* اقنوم *Hoc enim eſt ſequentis ſingulare, notatq,* perſonam, eſſentiam

PAG. 362 A 5 قنوان] *Hoc plur. eſt à ſing.* قنو *quod ſignificat* dactyli racemum.

PAG. 354 A 4 قعيل] manifeſtus. *huius comparatiuum eſt* اقعل *quod ſequitur.*

21 *idem*] *Hoc plurale eſt.*

B 7 *ſicut, &c.*] *Verte:* Aufert homines ac ſi eſſent extremitates palmæ eradicatæ.

13 اقعسس] *ſcribe* اقعنسس *cum* (ن) *in medio.*

19 natus eſt] *Hæc ſuſpecta ſunt. Nunquam legi* قعوط *: ſed* قعود *cum* د *eſt* camelus aptus oneri ferendo. بكر *eſt* camelus iunior. ناقة camela, *ſeu* camelus fœmina. *Infinita alia ſunt cameli nomina differentia, de quibus aliàs.*

PAG. 355 B 8 *eidem ferè*] *Propria eius ſignificatio eſt* ſera, clauſtrum ferreum: *& ea eſt huius loci. verbum eſt* ſerare, obſerare.

PAG. 356 A 4 dedimus] *Dic* ſequuti ſumus; *nam* ſequi *radix ſignificat.*

PAG. 357 B 1 قالبي] *Duale eſt.*

4 *puto*] *Ita eſt.* قلح *eſt* dentiũ flauedo.

21 اقلمهن] *& quidem benè.*

PAG 358 A 3 munitiones] *Non:* claues; *à ſing.* مقلاد.

4 قلدل] *eſt* funis.

:6 carectum] *Nequaquam: ſed eſt nomen proprium maris rubri, quod Heb* ים סוף *vocant: Arabes* بحر القلزم *dicunt.*

12 induere galerum] *Hoc refertur ad vocabula præmiſſa.* قلنسوة *eſt idem quod* قلساة *&* قلنسة pileus. galerus.

B 8 diuerſorium] *Eſt* arx *propriè.*

21 قلف] *Verbum non eſt in vſu: ſed*

مكيل . مكايل *eſt participium formæ* فعيل menſuratus.

B 5 كون] *Hoc infinit. eſt, non imperat.*

PAG. 367 A 26 conſtringere] trahere *potiùs.*

B 3 medium] *de cœlo dictum* medium eius *ſignificat; vt Deut. 4 apud Saad.* كبد السما medium cæli: *at Az. 100 eſt* ſtaturâ erectâ. Creauimus hominem in ſtaturâ erectâ. Os homini ſublime dedi, *&c.*

PAG 368. A 10 reddere] *ita colligit ex voce ſubiecta quam Interp. vertit* menſtruatæ ſunt. *peſſime: vertendum* magnificârunt eum; Cùm viderunt eum magnificârunt: *id eſt*, laudârunt eum. *Scribitur* أكبرنه *cum* ر, *à radice* كبر. كبز *autem nihil ſignificat.*

24 vrgere] *Deſumptum hoc eſt ex Pſal 69 verſ. 16. ſed legendum eſt ibi* طبق *per* ط *id eſt*, claudere: Et non claudat fouea ſuper me os ſuum. *Crebro literæ* ك ق ط *in Pſalterio Nebienſi ob ſimilitudinem confunduntur.*

B 18 כתית *Scal.*] *Male: eſt* arenæ cumulus.

PAG. 370 B 13 كدح] *Eſt* currere, feſtinare: facere: & lucrari *Prima notio obtinet loco citato* Etenim tu feſtinans ad Dominum tuum, *&c.*

PAG. 371 A 16 كدع] Eleuare. *Vocem ſequentem pro* ع *pedibus non agnoſco: habet eam Auctor ex Auic. vbi* ماالاكدع *quod vertunt*, aquæ pedum: *ſed fortè probanda eſt Auctoris coniectura, nempe* ماالاكراع *legendum eſſe: quod etiam poteſt ſignificare* aquam pluuiarum: *nam* كرع *eſt etiam* pluuia, aqua pluuia. *Locus inſpiciendus eſſet.*

B 11 *vel* vadens] *Non: ſed* viridiſsimus, *à* قنا valde viridem eſſe, excellenter virere.

B 12 potio *fortè*] *ſcribendum eſt* قهوة *id eſt* vinum.

20 قود] *Eſt* occiſio, occidere: *&* قصاص *eſt* morte punire, mortis ſupplicio publicè afficere.

PAG. 365 A 4 قيس] *Non ſic, ſed* قسي, *item* قياس *&*, اقواس.

B 11 timor] *Tunc eſt à radice* تقي timere; *ſcribiturque* تقوي: *aliàs verò* تقوى *à* قوي.

